

19

VINDICIAE
SECUNDVM LIBERTATEM ECCLESIARVM
GERMANICARVM
POSTVLATAE
KNY-18-
00316

A PONTIFICE ROMANO
CONTRA APPELLATIONES
AD EIVS LEGATOS SVPREMVM-
QVE TRIBVNAL ROMANVM
QVOD ROTAM VOCANT
QVAS AD ILLVSTRANDVM
RECESSVM IMPERII NOVISSIMVM § CLXIII ET CAPVT XIII
CAPITULATIONIS CAROLI VI.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
WILHELMO HENRICO
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE WESTPHALIAE COMITE SAYNAE
ET WITTGENSTEINII RELIQUA

PRAESIDE
IOANNE GEORGIO ESTORE
IN AVLIS SERENISSIMOR. SAXONIAE DVCVM CONSILIARIO
PROFESSORE IVRIS ORDINARIO CVRIAEC PROVIN-
CIALIS SENATVS ICTORVM ET SCABINORVM
COLLEGII ASSESSORE
PVBLICE PROPONET
ET PRO SVMMIS EX IVRIS PRVDENTIAE STUDIO HONO-
RIBVS RITE ET MORE MAIORVM OBTINENDIS
TVEBITVR
DIE IVLII CIO MCC XXXXI.
DETMARVS EBERHARDVS NIES
TREMONTIA VVESTPHALVS.

IENAE LITTERIS CROEKERIANIS.

KNY-18-00316



Dra. Bd. 138

V I R O
AMPLISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO
D O M I N O
HERMANNO NIES
SENATORI ET FREIGRAVIO
INCLVTAE ET PERANTIQVAE
S. R. I. LIBERAE CIVITATIS TREMONIENSIS
SPECTATISSIMO
VSV RERVM
ET PRUDENTIA IN IUDICANDO
LAVDATISSIMO



PARENTI OPTIMO ATQUE CARISSIMO
NVMQVAM NON VENERANDO ET COLENDO
HANC DISSERTATIONEM
STVDIORVM SVORVM
CVICVIMODI SIT
SPECIMEN
CVM EOQVE SANCTISSIMI PIGNVS OFFICII
PIETATIS MAXIMAE TESTIMONIVM
PERADDICTI OBSEQVII SIGNVM
ET GRATISSIMI ANIMI DOCVMENTVM
CONSECRAT EIQVE SE TOTVM DICAT
ET VITAM PROSPERITATEM QVE
PERPETVAM IN SIMVL PRECATVR
FILIVS
PATRI OBSEQUENTISSIMVS SVMMA ANIMI RELIGIONE
DEVINCTISSIMVS ATQUE OBSERVANTISSIMVS
DET MARVS EBERHARDVS NIES.



ARGVMENTA SECTIONIS PRIMAE.

VT DE OCCASIONE APPELLATIONVM AD LEGATOS PONTIFICIS CVRIAMQUE ROMANAM CONSTARET

§. I. II. III. IIII. exsecuti sumus pontificatus Romani descriptionem, ita quidem ut separaremus tempora ante Gregorium VII. ab illis, quibus hic eiusque successores regnauerunt. Diximus Hildebrandum stabiliuisse maiestatem pontificalem. Nonnulla de dominatu et odio in imperatorem Henricum III. et de legenda, ut vocant, Gregorii.

§. V. VI. VII. Theses primariae, quibus fundamenta auctoritatis pontificalis et appellatum ponuntur.

§. VIII. Inde cogebatur totius mundi dominium.

§. VIII. In sequentes pontifices sui imperii fines dilatauerunt et auctoritatem suam amplificauerunt.

§. X. Pontifices se uniuersi orbis Christiani dominos adeoque etiam regum iactauerunt. Remedia enumerantur, quibus illi fuerunt usi.

§. XI. Cuius rei uberem damus explicationem.

§. XIII. XIV. Maiestatem pontificis e psalmo VIII. 6. deriuant, aiuntque

§. XV. XVI. XVII. XVIII. pontificem auctoritate superare caesarem, sicut sol iunam HOSTIENSIS stolida exposicio. Honor exiguis, quem pontifex caesari, Romanam aduentanti exhibet. Exempla Friderici III. Lotharii II.

§. XVIII. XX. XXI. XXII. XXIII. Picturae contumeliosae in imperatores tum Romae tum Venetiis positae.

4 ARGVMENTA SECTIONIS PRIMAE.

- §. XXIII. XXV. Arrogantia Alexандri III. et superbia Hadriani IIII. pontificum.
- §. XXVI. XXVII. XXVIII. Pontifex cunctos reges beneficiis atque clientelis sibi obnoxios esse finxit, adeoque et Germaniam, clientelae iure sibi obstrictam, ratus. Quare huius reges confirmat?
- §. XXVIII. Iccirco depressae seliae, regibus destinatae, iuxta pontificis solium.
- §. XXX. Clementis VIII. superbia, quum Henricum III. Galliae regem improbitatis sollemniter absoluueret.
- §. XXXI. - XXXV. Geſſit pontifex ſe iudicem in controuerſis regum. Exemplum Richardi et Alphonſi.
- §. XXXVI. - XXXXII. Iulius II. male tractat Ludouicum XII. Galliae regem; Paullus III. Henrico VIII. Angliae regi vim infert. Paulli IIII. contumelia in Mariam Angliae reginam. Eiusdem facinora aduersus imperatorem Carolum V. huiusque filium Philippum II., item in Ferdinandum I. Maximilianum II. despiciatui habet Pius V., et Iosepho Clemens atrociter minatur.
- §. XXXXIII. XXXXIII. Pontifex ſibi potestatis perfectionem et abſolutionem tribuit. Se dominum mundi iactat.
- XXXV. Titulus Paulli V, in deum ipsum maledicta congre-rens.
- §. XXXXVI. Cur inter legatos primi ordinis, quos ablegat caesar, is, qui Romanam miti- tur, praecipuum obtinuisse locum credatur, magisque ho-noratus habeatur, quam orator imperatorius primi ordi-nis, ad Galliae regem missus?
- §. XXXXVII. - L. Ad pontificem, tamquam vniuersi mundi do-minum cunctos appellare posse, statuunt, etiamſi cauſae ſunt ciuiles. Huius rei ratio Cur ad legatos eius ſtatiū queat prouocari?



SECTIO



SECTIO PRIMA

DE
INIVRIARVM FVNDAMENTO,
QVAS ET IMPERATORIBVS ET GERMA-
NIAE INTVLERVNT PONTIFICES
ROMANI.



§. I.

Ontificalem maiestatem, qualis hodie est, res Christiana plane ignorauit, inde a nato Iesu Christo ad saeculum vsque VIII. Nam ab hoc tempore toti in eo erant pontifices, vt omnem cum sacri tum ciuilis imperii fontem transferrent Romam.

§. II.

Euenit autem, vt, quo reipublicae misero funestoque fato, nescio, compulsus, Hildebrandus, patria Tuscus Soanensis, monachus Cluniacensis, arroganti vir ingenio, contumaci et ad quiduis audendum parato, qui pontifex maximus anno CIOXXIII. fuit creatus et nomen Gregorii VII. adoptauit, superbum illud, quod superiorum aetatum aliquot pontifices conceperant, consilium de orbis terrarum dominatu sibi asserendo in lucem reuocaret, eorumque machinationibus rubiginem veluti detergeret, et ipsis factis exprimere inciperet. Primus igitur ille est, qui quum rei Christianae gubernationem accepisset, immensam illam potestatem, quam pontifices saeculi XI. et sequentium vehementer adauxerunt, sibi arrogare nullus dubitauit, quippe qui aperte sibi proposuit et vi consequi conatus est, quod alii infidiole et occulte perfere tentauerant.

Videatur IACOBVS BENIGNVS BOSSVET, praeful Melden-
sis in *defensione declarationis sententiac cleri Gallicani de pote-*
state

6 SECT. I. CVR CAESARES ET GERMANIA

state ecclesiastica libro IIII. capite XII. p. 103. et libro VII. capite II. p. 249. Adde interea IO. BOLLANDI aliorumque, qui sodalitati suae nomen Iesu praescribunt, *acta sanctorum* mensis Maii tomo VI. die XXV. Maii p. 102. sqq. IOANNIS MABILLONII praefationem ad partem II. *sacculi VI.* actorum Benedictinorum, IO. LAURENTII MOSHEMITI *institutiones historiae Christianae* p. 639.

II. Maximi hic pontifex hodierno etiam die adhuc habetur a plurimis Romani coetus membris, adeo ut Benedictus XIII. pontifex anno 1019 CC XXVIII. legendam breuiario, ut, vocabat, inseri iusserit, recitandam die XXV. Maii, qui Gregorio VII. sacer est. Collaudantur in ea facinora huius, quibus Henricum III. lacescuit, et oppressit, atque dominatum sacrum Christiani orbis stabilivit. Cuius usu Galliae rex interdixit clericos anno 1019 CC XXVIII. idemque foederati Belgae anno 1030 CCXXX. egerunt. Neque illam legendam Germanis probatam esse, constat inter omnes.

III. Quam crudeli autem dominatu imperatorem Henricum III. presserit Gregorius VII. docent CENTIVS CAMERARIVS in libro censuali capite II. §. VIII. p. 151. PETRVS DIACONVS libro III. chronici Cassinenis capite XXXXVIII. p. 390. ARNVLPHVS, Mediolanensis libro III. gestorum Mediolanensium capite VIII. p. 746. aequales illis temporibus scriptores. Collaudabat nempe iniuriam Gregorii VII. Benedictus XIII., quae in eo consistebat, ut caesar omni comitatu extra relicto, regium abiecerit cultum, ac sine calceis saeiente hieme iciunus usque ad vesperam responsum pontificis exspectauerit. Quo non redditio, idem secundo et tertio die fecerit. Quarto demum Gregorius constantiam imperatoris admiratus, ac vere eum poenitere ratus, in conspectum admiserit. Tum res ita conuenerit, ut Henricus anathemate solueretur, ac se die et loco, quem Gregorius constituisse, in conuentu Germanorum principum sisteret, et criminibus, quae obiiciebantur, ipso quaestionem exercente pontifice, responderet, et extremo illius iudicio staret. Atque his promissis, Gregorius Henricum ad pedes proiectum ac misericordiam pontificiam implorantem, anathemate liberauerit.

III. Verum enim vero quam primum haec acta fuerunt, tum Itali quidam tum archiepiscopi non nulli Henricum indignè fecisse et nomini suo maculam foedissimam aspersisse, arbitrabantur, quod eiusmodi homini fasces regiae maiestatis submisserit, CAROLVS SIGONIVS *historiarum de regno Italiae* libro VIII. p. 415. seq. Vide interim s. ANSELMI defensionem Gregorii VII. tomo III. biblio.

bibliothecae maximaæ pontificiae IOANNIS THOMAE ROCA-BERTI et tomo V. BERNALDI apologeticum pro GREGO-RIO VII.

§. III.

Haud equidem ignoro, saeculo IIII. Romani antistitis dignitatem et auctoritatem valde iam succreuisse, quum plerique in rebus arduis, tamquam iudicem et arbitrum, adeundum esse Romanum praefulem, opinarentur. Verumtamen illum non tulisse eo tempore leges tales, quales nemini conteinere licebat, certissimum est. Neque ceteros episcopos omnem potestatem ex sua copia adeptos esse, gloriabatur hac aetate, multo minus totius ecclesiae administrationem sibi concreditam esse, praedicabat.

§. III.

Paupere potius regno vtebatur, ecclesiis nimirum illis, quas suburbicarias R V F I N V S nominat. At quum præcipuum inter omnes episcopos locum propter vrbis Romæ præstantiam teneret, nec quisquam dubitaret, quin Petrus, apostolorum princeps, eccleiam Romanam condidisset, cathedramque eius perenni veluti veritatis fonte irrigasset; ideo plerique sententiam eius explorandam saltem esse, putabant, si quid grauioris rei fratrum mentes conturbaret. Idem sentit G V N T H E R V S libro VI. Li-gurini: versu 623. sqq.

Cogitet antiquos primæui temporis annos,
Praeteritosque dies, et saecula prisca revoluta,
Num Petrus? aut Clemens? num cetera turba priorum
Sceptra latina dabat? Romanus tempore prisco
Pauper erat præfus, regali munere creuit.

Confer venerandum ERNESTVM SALOMONEM CYPRIANVM in der überzeugenden Belehrung vom Ursprung und Wachsum des Pabstthums capite XVII. et IO. LAVRENTIVM MOSHEMIUM p. 383. institutionum historiae Christianae.

§. V.

3 SECT. I. CVR CAESARES ET GERMANIA

§. V.

Is autem erat Gregorius VII., qui iniuiolatum illud, quantumuis licet futile, principium in ecclesia ita stabiliuit, vt nullis viribus consiliisque conuelli potuerit. Firmauit ille dogmata et noua et a praecepsis Christi et ab institutis apostolorum plane diffona, quorum argumentum, huc faciens, hoc est :

I. S. Petri in Romana cathedra successor totius terrarum orbis, vniuersique generis humani pro Christo dominus est, tantumque reges et principes populorum, tantum etiam rebus sacris praefecti potestatis et iuris habent, quantum pontifici his concedere placet.

II. VNVS est tantum in mundo REX, VNVSQUE EPISCOPVS, Romanus nempe pontifex, a quo vniuersi cum reges tum episcopi OMNEM IURISDICTIONEM et POTESTATEM TRADITAM acceperunt.

III. Episcopi in pontificis verba iuranto, et fidem curiae Romanae iureiurando in perpetuum obliganto.

III. Ceu lege quadam iniuiolabili sancitum esto, vt ne quis eum, qui ad tribunal pontificis Romani prouocasset, condemnare, in animum induceret.

EMUNDVS RICHERIVS in *historia conciliorum generalium* tomo I. capite XIII. p. 758. CAESAR cardinalis BARONIVS tomo XI. *annalium ecclesiasticorum* ad annum CIO LXXVI. n. 31.-34. p. 508. Haec in dictatibus, vt vocant, leguntur, quos complexa est epistola Gregorii VII. quinta quinquagesima, ad Laudenses prescripta. Vide IO. HARDVINI *concilia* tomo III. col. 1304.

§. VI.

Quo autem his sanctionibus aliqua veri species praebetur, fingebaratur, Christum Petro duos attribuisse gladios, alterum sacrum, alterum profanum. Et, quo caesar aequitatis simulatione falleretur, confingebant ac comminiscabant singularem benevolentiam, qua pontifex caesarem prosecutus esset, eique gladium profanum donasset. Quum itaque praesul Romanus tam opipare mune-

muneratus esset imperatorem, inde proficisci putabat ille, vt imperator obnoxius esset vicario Christi, et in eius manu posita esset caesaris et maiestas et auctoritas. Inde GVNTHERVS libro VI. Ligurini versu 342. sqq.

*Iam non ferre crucem dominum: sed tradere regna
Gaudet, et Augustus manult, quam praeſul haberi:
Ecclesiae pacem, GLADIIS quae rite DVOBVS
Vtitur,*
et versu 349. sq.

*Quid voluere DVO GLADII, quos Petrus in illo
Indicat esse globo*

§. VII.

Ecce plures hypotheses commenticias, quibus cuncta pontificis Romani nititur auctoritas. His confisi, omnes Gregorii VII. successores non modo antistitum iura sensim diminuerunt, immo euerterunt et ad se rapuerunt, sed etiam reipublicae ciuilis gubernatores suis subiecerunt legibus.

§. VIII.

Inde factum est, vt non ecclesiae tantum, sed totius terrarum orbis imperium sibi iam saeculo XII. arrogauerint pontifices Romani. Neque satis ad hos ausus reprimendos siue animi siue virium supremi habuerunt imperantes. Adiuuabat pontificales conatus opinio illa, qua Romanum antistitem pro Christo iudicem sedere, credebant. Propter hanc verebantur, ne, pontificem laceſſendo, ipsum inuadarent contemnerentque Seruatorem.

§. VIII.

Si enim verum est, Christum ipsum in pontifice ius Romae dicere, ecquis ei sine crimine obsequi recuset? Praeter haec longe maxima pars hominum falutem suam precibus et meritis monachorum credebat. Atqui totum hoc genus a nutu pontificis pendebat, neque rei sibi aliquid cum eius hostibus esse volebat; SAMVEL PVEENDORFIVS de dominatu pontificis Romani §. XVIII. p. 528. Quotquot

IO SECT. I. CVR CAESARES ET GERMANIA

igitur precibus monachorum carere nolabant, illi supremum eorum dominum, scilicet pontificem, patris instar, colendum sibi esse arbitrabantur. IO. LAVR. MOSHEM. p. 689. *institutionum historiae Christianae antiquioris.*

§. X.

Quia vero Gregorius VII. moderatione mentis carebat atque prudentia, plusque valebat animo, calliditate et consilio, multa, quae ad firmandam maiestatem pontificalem pertinebant, perficienda reliquit successoribus, qui saeculo XIII. tandem rem eo redegerunt, ut annatas, reseruationes, exemptiones, appellations, totque alia et re et auditu ingrata vocabula in medio posuerint, per quae quidquid libertatis et ordinis in Germania, Gallia et Anglia restabat, interemerunt.

Quum vero S. Bonifacius rem eo redigisset, ut primum clerici Germaniae, se in fide et potestate ecclesiae Romanae et successoris Petri futuros esse, pollicerentur; deinde Germanos episcopos, ut pallium insigne episcopalis dignitatis Romae rogarent, per pulisset; tum pontifices sibi id iuris vindicassent, ut omnes occidentis praefules a se peterent, quo ipsorum dignitatem pontifex ratam habeat; postremo nec legatos aut nuntios in omnes partes mitendi cura omitteretur, qui nomine pontificis potestatem, episcopis, metropolitanis et conciliis prouincialibus erectam, exercerent; quilibet facile comprehendit, quomodo frequentissimae prouocationes ad aulam Romanam sint exortae.

§. XI.

Quum itaque pontifex Romanus primum insolenter pro mundi domino se gessit, deinde Christi se vicarium ostentauit, tum aliis, bene multis, hoc persuasit, denique complures fidem ei habuerunt; mirum haud est, GRATIANVM, qui ita garrire solet in *decreto* suo, ut saepe neque pes sermonum, neque caput compareat, neque quid dicat, ipso sciatur, de pontifice haec temere effutuisse: pontifex ait, est Deus in terris canon 7. dist LXXXVI. Hinc quidquid ab ipso factum, periinde est, ac si a Deo sit effectum, quoniam non hominis, sed veri dei vicarius est, cap. 3. X. de trans-

translatione episcopi. Ideo CHRONICON MAGNUM BELGICUM, quum de Urbano V. pontifice sermo est, habebaturque, ait, sicut erat, semideus in terris.

§. XII.

Iccirco s. ANTONIVS sacram Dauidis hymnum VIII. de Romano praesule agere commentus est, atque comma sextum et quae sequuntur, agere de Romano antistite, et Deum, quae pontifici promisisset, optatis huius respondisse, finxit. Dauides enim, postquam de humani generis conditione sermocinatus fuerat, „atqui hominem, ait, propemodum Deum fecisti, tantaque gloria et auctoritate ornasti, ut operum tuarum manuum dominum feceris omniaque eius pedibus subieceris, non solum pecora omnia, tum maiora, tum minora, verum etiam bestias agrestes, volucres aereas et pisces marinos. „ Vbi vox oues ANTONIO sonat Christianos, vox boues valet Iudeos, bestiae agrestes significant idololatras, volucres signant genios bonos et malos, ac denique pisces animas sonant, quae post fata igne purgantur.

§. XIII.

Quare DOMINICVS cardinalis TUSCHVS tomo VI. practicarum conclusionum XXXXI. p. 23. n. 1. est magis, inquit, papa vicarius Dei in terris, quam imperator, et pag. 24. n. 3. papa, ait, est maior omnibus imperatoribus, regibus, et ipse iudicat omnes et deponit.

§. XIII.

Etenim Romanorum pontificem duplarem sustinere personam existimant illi, qui sacra profitentur pontificia. Quocirca Innocentius III. sermone in festo S. Sylvestri, „Romanus, ait, pontifex in sigillum imperii vtitur regno, et insignum pontificii vtitur mitra.

§. XV.

Propterea pontifex, se auctoritate caesarem superare, putat, cap. 2. X. de transl. episc. cap. 4. X. de maior. et obed.

quia sic praestaret pontifex caesarem maiestate, sicut sol magnitudine anteit lunam, cap. 6. X. *de maior. et obed.* Ex quibus HENRICVS HOSTIENSIS infert, clericos in dignitate septies millies sexies et centies atque quater et quadragies antecellere regiam maiestatem.

§. XVI.

Quapropter AVGVSTINVS PATRICIVS, exponens aduentum imperatoris Friderici III., qui erat in urbem ad Paullum II. pontificem, apud IOAN. MABILLON p. 260. *musei Italici*, „altitudo, ait, sedis ita erat instituta, vt non „altior esset locus, vbi federet imperator, quam vbi ponti- „tex teneret pedes. Et interuallo quodam, cap. scilicet X. „sedium autem, inquit, ordo ita erat institutus, vt cardina- „lium subsellia caesaris scabellum altitudine aequarent, cae- „saris vero sedes pontificis throni scabellum. Auctorque „est IACOBVS PICCOLOMINEVS tomo III. *scripto- rum rerum Germanicarum* MARQVARDI FREHERI p. 284. Fridericum more illorum, qui aliquod iter reli- gionis ergo fulcipient, ad pontificis pedes con sedisse.

§. XVII.

Ne vero dicas, ab hoc imperatore vix tuto posse ar- gumentum duci, quippe qui vili indutus ueste maiestate suam pedibus plerunque incedendo occultauit, copias suas in finibus domum dimisit, ne Italis formidolosus videtur, ipse paucis stipatis Romanis exiguo strepitu est ingressus. Dicacissimi Itali, quorum menti adhuc occurrebat, quanta olim pompa Romanorum imperatores, spoliis ter- riarum orbis insignes, stipatique magna militum turba Ca- pitolium ascendissent, videbant caesaris humilitatem, et mol- litie eius illudebant. Etiam ea re apud Germanos ma- gnam partem gloriae sua demisit, qui foeda illa et indigna Germanico imperio existimabant, quod caesar inter intem- pestiuas caerimoniarum ineptias, et voti curas maiestatem suam profunderet.

cipp

§. XVIII.

§. XVIII.

Verum tamen, ne, lector, in Friderici III. exemplo, tamquam in tenebris, offendas, velim ponderes, quae de imperatore Lothario II. circumferuntur :

Rex venit ante fores iurans prius urbis honores

Post homo fit papae, sumit, quo dante coronam.

Quamuis vero SIMON FRIDERICVS HAHN parte III. der teutschen Staats-Kayser und Reichs-Historie p. 184. facti huius veritatem in dubium vocavit, attamen pontificem effingendam curasse Lotharii imaginem, qua ad pedes pontificis se proiecit, certum est, vide LVCAE D'ACHERY spicilegium tomo II. p. 480. et ANTONII PAGI criticam in annales Caesaris Baronii ad annum CICXXXIII. n. 3. p. 483.

§. XVIII.

Immo est in Vaticano locus, qui aula Paullina vocatur (Italis la sala regia, siue paolina) vbi hodierno die effigies conspicitur imperatoris Friderici I., genibus innixi, cuius humerum pontifex proterit et conculcat. Estque imagini, quam Iosephus Saluiati pinxit, haec subscriptio :

„Alexander Papa III. Friderici I. Imperatoris iram et im-
petum fugiens abdidit se Venetiis, cognitum, et a se-
natu perhonorifice suscepimus Othonem imperatoris filio
nauali proelio a Venetis victo captoque Fridericus pa-
ce facta supplex adorat fidem et obedientiam pollici-
tus. Ita pontifici sua dignitas Venetae reipublicae be-
neficio restituta CIO CLXXVII.

§. XX.

Noui equidem de huius facti veritate dubitare eru-
ditos, in primis REMVM, LAVTENSACKIVM, MAIVM,
KOEHLERVM, HAHNIVM HEVMANNVMQUE, qui in
fabularum numerum reposuerunt hanc rem. Quibus adscri-
bendus HENRICVS DE BÜNAV in der Probe einer Reichs-
Historie in dem Leben Friedrichs des I. p. 242. seq. Interim
Venetiis tum in aede, quam vocant la carita, sita in festio-
ro, vt

ro, ut vocant, *di dorso duro*, tum in aula ducis, et quidem eo loco, qui vocatur *sala del gran conseglie* monstrant imagines, quarum haec pontificem Alexandrum III: stantem, brachiisque a Venetorum duce et patre quodam purpuroto suffultis, pede sinistro ceruicem imperatoris Friderici I., gradibus solii pontificalis incumbentis, comprimit, sistit.

§. XXI.

Illa vero imago, quae in ecclesia, *carita dicta* conspicitur, finxit pontificem simulantem, se conculeaturum cæsarem. Subscripta haec sunt imagini:

„Fridericus pace facta supplex ADORAT FIDEM et
„OBEDIENTIAM pollicitus.

§. XXII.

Quoquo modo se hoc habet, pictura etiam demonstrat arrogantiam pontificum admodum intolerabilem. Nam et si Urbanus VIII. pontifex hanc subscriptionem §. XVIII. ob inimicitias, quas cum Venetis exercebat, deleri iusserat; Innocentius tamen X. pontifex hanc inscriptionem restituendam curauit, obseruante IOAN. GEORGIO KEYSLE-
RO p. 788. der neuesten Reisen.

§. XXIII.

Et, ne cui argumentum hoc ad probandum videatur admodum infirmum, scias, velim, ipsos etiam Germaniae praefules, de picturis, in Germanorū despicatum, Romae positis, iam pridem fuisse conquestos, prout memoriae prodidit R A D E V I C V S libro I. de gestis Friderici I. capite XVI. p. 487. „nunc, ait, demolitur imperium, a pi-
„ctura coepit - - ad scripturam pictura processit - - non
„patiemur, non sustinebimus - - - picturæ delectantur,
„scripturæ retractentur. Et G V N T H E R V S libro VI. Li-
gurini versu 639. sq.

Iamiam picturæ, moneo, tollantur inanæ:

iam muta loquaxue

Cedat, et e medio mendax tollatur imago.

§. XXIII.

§. XXIII.

Quam grauis et intolleranda arrogantia Alexandri III. pontificis fuerit, ingenui expositi ROMVALDV^S, praesul Salernitanus, apud CAESAREM BARONIVM tomo XII. annalium ecclesiasticorum ad annum CIOCLXXVII. p. 715. „Imperator autem, inquit - - - sumto stratoris officio, „pallium depositus, manu virginem accepit, laicos de choro „expulit, et papae ad altare solenniter et processionaliter „venienti viam tanquam ostiarius praeparauit.

Ipse vero Alexander in epistola apud EDMUNDVM MARTENE tomo I. thesauri anecdotorum p. 1448. „et nobis, ait, sicut summo pontifici reverentiam et subiectionem impendit.

§. XXV.

Imino Hadrianus III. pontifex conqueri ausus fuit, quod imperator Fridericus I. nomen suum pontificis nomini anteposuisset. „In litteris enim, ait, ad nos missis „nomen tuum nostro praeponis, in quo insolentiae, ne „dicam arrogantiae notam incurris. Vide Hadriani III. epistolam apud CHRISTIANVM VRSTISIVM p. 562. scriptorum rerum Germanicarum. Quum tamen docente IOANNE GARNERIO in appendice ad librum diurnum pontificum Romanorum dissertatione I. p. 144. - 151. vetusti pontifices nomina sua inferiori loco posuissent, primumque caesaris nomini locum dedissent.

§. XXVI.

Ilo sane tempore, quo supersticio animos oppresserat atque eorum imbecillitatem occupauerat, pontifex regna fibi vectigalia fecit. Enim uero Lusitania anno CIOCLXXX. ipsi clientelaris est facta, teste formula clientelari, quam edidit STEPHANVS BALVZIVS libro II. miscellaneorum p. 220. adde FRANCISCI BOSQVETI notas ad Innocentii III. epistolas p. 179. Arragoniae regem anno CIOCCIII. pontifici fidem iurasse, perhibent ODORICVS RAYNALDV^S annalium ecclesiasticorum §. LXXI. sq. p. 121. ad annum CIOCCIII.

16 SECT. I. CUR CAESARES ET GERMANIA

CIOCC IIII. et ABRAHAMVS BZOVIVS in *annualibus ecclesiasticis* ad eundem annum. §. XVIII. XX. Angliae reges tributa pontificibus pependisse, docent tabulae apud THOMAM RYMERVM parte I. foedorum actorumque publicorum inter Angliae reges et alios principes p. 176. sqq. IOANNES DAVIDES KOEHLER parte I. der *historischen Müntz-Belustigung* p. 17. sqq. Ea, quae de Hungariae, Galliae, Poloniae, vtriusque Siciliae nexus clientelari commentatus est IOANNES PETRVS DE LVDEWIG cap. XI. de *iuribus feudorum*, vbi p. 572. - - 590. de regibus pontificis vasallis egit, iam fileo.

§. XXVII.

Nec commemorabo Hadrianum III. Pontificem regnum Germanicum vocasse suum beneficium. Id quod tum imperator Fridericus I., tum regni ordines aegerrime tulerunt. RADEVICVS libro I. capite X. de *gestis Friderici I.* HENRICVS DE BÜNAV in der Probe einer Reichs-Historie oder Leben und Thaten Friederichs des I. Römischen Kaysers p. 74.

§. XXVIII.

In hoc ergo nihil miror, cur pontifex Urbanus VIII. regis Romanorum creationem confirmauerit. Ita enim commentatur FRANCISCVS CHRISTOPHORVS KHEVENHILLER tomo XII. *annualum Ferdinandeorum* ad annum CIOCC XXXVII. col. 2342. zu Rom wurde ein breue apostolicum ausgefertiget an den Herrn nuntium die Wahl des Römischen Königes zu confirmiren.

§. XXIX.

Quin immo in hodiernum usque diem iuxta solium pontificis cum in Vaticano tum in Quirinali positae sunt iellae, quos reges, Roman fortasse venturi, praesulemque Romanum visuri, occupare possunt.

Audiamus IO. GEORG. KEYSLERVM l. d. p. 787. „an den „Orten wo der Papst gewöhnliche Audientzen zu geben pfleget, „„stecken

„stehen neben den Pfäflichen Throne auf ieder Seite ein rother „tabouret vor die Könige, wie die Rämer zu sagen pflegen; man mercket aber seiter 200. Jahren nicht, daß sich würckliche ge-crente Heupter sehr um diese Ebre reissen.

§. XXX.

Nemo profecto negabit Clementem VIII. pontificem superbum se praebuisse, quum in aede Romana, quae ab Antonio nomen traxit, legatos Henrici IIII. Galliae regis, du Perron et d'Ossat, ad pedes pontificales projectos, et genibus innixos et corporibus inclinatis salutantes eum, verberaret. Quoties enim sacri hymni dauidici: *miserere mei*, qui decantabatur, nouum inchoabatur comma, pontifex fustem legatis impegit, siue ut FRANCISCVS CHRISTOPHORVS KHEVENHILLER tomo IIII. annalium Ferdinandorum narrat, bacillo humeros eorum pulsauit. Sit sane sic. Cui vero facinus, cuius imaginem aere exprimendam curauit FRANCISCVS CHRISTOPHORVS KHEVENHILLER tomo IIII. annalium Ferdinandorum col. 1451. stomachum non faciat? quis regiam auctoritatem, quum regis legati bacillo plagas accipiunt, iniurias grauissimas pulsatione passam fuisse, negabit?

§. XXXI.

Quid dicam de audacia pontificum, qua iudicabant de regum controuersiis, quae his erant vel cum ciuibis suis, vel quas reges habebant cum aliis? Nemo, nisi testes maxima fidei superessent, hoc crederet. Venit mihi in mentem temporis illius, quo hac de re vehementissime disceptabant Philippus I. et II. Galliae reges et pontifices. Rem erudit expositum DAVID BLONDELLVS in *diatribe de formulae regnante Christo in veterum monumentis usu* sectione II. §. XIII. sqq. et de Philippo II. egit sectione III. §. III. sqq.

§. XXXII.

Succurrit etiam solleme iudicium inter Richardum et Alphonsum, qui de regno Germanico in contentionem

C inci-

inciderant. Statuit autem Vrbanus IIII. pontifex litem hanc diiudicandam. „Ni forsan, inquit, super elec^tione vel coronatione huiusmodi suborta discordia per „appellationem vel querelam praedictorum principum ad „examen, sedi apostolicae, quo casu ipsius est in tali casu cognitio, deseratur. DV MONT corpus diplomaticum tomo I. p. 217.

§. XXXIII.

Aggregiebatur postea Clemens IIII. pontifex pro sua impudentia, alicipitem caussam, scribebatque legato suo: citationem carissimi in Christo filii nostri Richardi, in regem Romanorum electi, cum omni diligentia facias, EDMUNDVS MARTE NE parte II. thesauri anecdotorum p. 319. Nam Vrbanus IIII. iam antea diem dixerat et Alphonso, et Richardo, in quo hic se non stiterat. Interim utrique pontifex alium dedit diem annui temporis, ut docent litterae Vrbani IIII. apud ODORICVM RAYNALDVM annalium ecclesiasticorum tomo XIII. ad annum CIC CC LXIII. §. XXXVII. p. 108. sq.

§. XXXIII.

Pontifex autem, ut facinoris sui fama apud exteriores nationes omnium sermone percerebesceret, per varias Europae regiones, ad audiendos testes, vrbes designauit, Francofurtum scilicet, Parisios, Burgos et Bononiani, atque iudices extraordinarios, vulgo commissarios, ut testimonia a plurimis sumerent, eo ablegauit, ODORICVS RAYNALDVS d.l.p. 145. EDM. MARTE NE d.l. p. 534.

§. XXXV.

Et, quod maximum est, ipse Richardus, ut finem liti faceret pontifex, idque maturaret, magnopere desiderabat. Quid maius arrogantia pontificali fingi potest aut excogitari? Num Germania et reges eius iniuriosius potuerunt tractari? Ne dicam haec facinora cunctis regibus et iniuriosa, et contumeliosa fuisse. Ast quid de Richardi superstitione

stitiosa sollicitudine et miseria dicam? Et, mihi crede, tam barbarae superstitioni, quae per genus humanum ea aetate fusa erat, resistere, seueritatis summae fuit!

§. XXXVI.

Quid de Iulio II. pontifice dicam? qui anno ~~circa~~ m. regnare coepit, atque in Galliae regem Ludouicum XII., eiusque regnum proposuit edictum, quo illum non amplius Christianissimum, sed illustrissimum appellauit, ipsum porro cunctis haereticorum poenis addixit, fortunas, res et regnum occupandi cuilibet potestatem fecit, ac denique vniuersum Galliae regnum sacrorum interdicto subiecit.

§. XXXVII.

De Paullo III. pontifice narrant historici, quod in Angliae regem, Henricum VIII. anno ~~circa~~ m. xxxviii. dirissima exsecrationum fulmina vibrauerit, Anglosque vinculo fidei, quam regi iureiurando obstrinxerant, soluerit, vetuerit, que, eum a quoquam pro rege haberet, denuntiata etiam aliis regibus, si fecerent, pari exsecrationis poena. Nobiles dein et reliquos ciues monuit etiam, ut arma contra Henricum arriperent, ipsum porro spoliauit regno ac Roman citauit, denique episcopos hanc deuotionem publice et solemniter in templis recitare iussit.

§. XXXVIII.

Paullus III. pontifex admodum aegre tulit, quum Maria Angliae regina, suis ad eum litteris reginae Hibernicae titulum quoque sumisset, quia nouos regni titulos, seu principatus in regnum conuertendi facultatem, a solo pontifice conferri posse ac debere iactabat.

Vt ergo imaginarium ius tueretur, ipse tunc, quasi sua sponte, et quasi novo plane et inusitato adhuc in Anglia titulo, quasi denique primam nunc futuram Hiberniae reginam sollemiter Mariam appellauit prius, IACOBVS PERIZONIVS in *bistoria saeculi sexti decimi p. 541.*

§. XXXVIII.

Idem pontifex Carolum V. et eius filium Philippum, quia Columnas, qui Neapolim confugerant, tuebantur, per fisci procuratorem, et alterum (consistorii aduocatum) publice in coetu cardinalium accusari iussérat, quippe qui tamquam rebellium adiutores, summo iure excidissent regnū Siciliae et Neapolis, aulae Romanae beneficiariis. Scilicet congruebant haec facta cum verbis, saepe ab eo iactatis, se super omnes principes ac reges elatum, collegas eos aut familiares sibi dēdignari; se hoc pede, quo terram tum percutiebat, omnium illorum capitibus insultaturum, se mutare posse et euertere regna, quae et quoties lubeat, pro iure, quod acceperit ab eo, qui in reges omnes supremum habeat imperium, et cuius ipse in terris gerat vices.

§. XXX.

Propterea Paullus III. neque Ferdinandum I. pro caesare agnoscere, neque Gusmannum, ut legatum caesaris admittere voluit, caussatus, quod licet Ferdinandus iam dum rex Romanorum fuisset renuntiatus, et a Clemente VII. confirmatus, atque adeo successor Carolo designatus, tamen haec successio locum non haberet, nisi post fata imperatoris: abdicatio autem nullo fieret iure, ni si apud se, nec legitima esset, nisi ab se prius foret probata. Superesse ergo nihil, nisi ut Ferdinandus poenitentiam, dum haereticis fauisset, noua legatione missa, testaretur, renuntiando actis Francofurtensibus et arbitrio pontificis omnia permitteret. IACOBVS AVGVSTVS THVANVS historiarum libro XXI. p. 951.

§. XXXI.

De Pio V. pontifice constat, quod imperatori Maximiliano II. minitatus fuerit, se illum imperio priuaturum.
 IO. ANT. GABVTIVS libro II. et III. de gestis Pii V. p. 46.
 97. qui etiam tomo II. actorum SS. mensis Maii protestat.
 Quumque caesar negaret, potuisse pontificem creare Cos-
 mum

mum magnum Etruriae ducem, ille caesareo respondit oratori audacter, quo iure igitur vel imperatores sunt vel dicuntur, nisi auctoritate pontificali?

Quae verba NATALIS ALEXANDER tomo VIII. *Historiae ecclesiasticae* p. 61. non omnium gustui sapere creditit. Non attinet heic commémorare, quae de Romanorum praesulum in creandis regibus ac principibus summa auctoritate adiiciebantur, Paullum II. pontificem adducendo, qui Borsum Ferrariensem ducis titulo decorasset.

§. XXXII.

Notissima cunctis est iniuria, quam imperatori Iosepho anno 1510 CC VIII. intulit Clemens XI. pontifex in litteris ad illum exaratis. *Vides*, ait, *caesar*, haec contra omnem aequitatem . . . Et in alia epistola pontificali sic perscriptum fuerat: „sed si perstabis in tanta intemperie confilii, abiiciemus patris clementiam et in te tanquam rebellem filium excommunicatione et armis etiam, si opus fuerit, animaduertemus. ANTONIVS FABER tomo XIII. der europäischen Staats-Canzeley p. 628. Ast caesar cunctas pontificis minas et facinora sollemini edicto irritas declarauit, idem d. l. p. 656. sqq.

§. XXXIII.

Hoc nunc comprehenditur suis cuique sensibus, cur suprema pontifici ab Arnulfo, Lexouieni episcopo, adscribatur maiestas (§. V. VI.) apud LVCAM d' ACHERY epistola VI. p. 511. tomo III. *spicilegii*? Curque vel episcopi maiestatis titulum affectarint? GERBERTVS epistola XXXIII. tomo II. *scriptorum rerum Francicarum* ANDREAE DV CHESNE; cur Gregorius VII. pontifex in dictatibus suis, quos vocant, dixerit: sententiam pontificis a nullo retractari debere, ipsum vero omnium posse solum recognoscere? CAESAR cardinalis BARONIVS tomo XI. *annalium ecclesiasticorum ad annum 150 LXXVI.* §. XXIII.; et cur plenitudinis potestatem siue dominatum plene cumu-

lateque perfectum INNOCENTIVS III. pontifex maximus, epistola I. libro III. p. 302. sibi tribuerit?

§. XXXIII.

Ex quibus manifestum est, pontificem affectare dominum orbis terrarum, quod olim imperatoribus Romani adscribebant. Hinc illi versiculi:

Seruierant tibi Roma diu domini dominorum;

Seruorum serui sunt tibi nunc domini.

§. XXXV.

Siuit etiam Paullus V., quum Thomas Maria Caraffa suas theses ei dedicaret, quae anno CICCVIII. Neapolit excudebantur, se ita compellari:

„Paulo V. vicedeo, Christianae reipublicae monarchae inuicibilissimo et pontificiae omnipotentiae conseruatori acerrimo. A vertice imaginis pontificalis haec legebantur: „gens et regnum, quod non seruierit illi, in gladio, et in fame, et in peste visitabo super gentem illam, ait dominus Ierem. XXVII. comitate 8. Ad laeuanam ita erat scriptum: et dedit ei dominus potestatem et regnū, et omnes populi ipsi seruient. Potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur, et regnum eius, quod non corrumperet, Dan. VII. Denique in calce conspiciebantur reges et reginae vultibus ad venerationem summam pontificis compositis, addito hoc comitate: „et erunt reges nutrici tui et reginae nutrices tuae; item ad sinistram: vultu in terram demissō puluarem pedum tuorum Ies. XXXXVIII.

§. XXXVI.

Quoniam antisititis Romani tanta apud auctoritas suos est, inde factum, ut, quum caesar legatos designat v. g. Romam, Parisiorum Lutetiam, Ratisbonam, vel quo alio, ille omnino primarium obtinet locum, qui mittitur Romam.

Vt adeo is, qui huc ablegatus magis credatur a caesare coherestatus, quam ille, quem Parisios primi ordinis legatum mittit.

Lega-

Legatio igitur, quae Romanum suscipitur, est prae reliquis omnibus honorifica. Sicut ille caesaris minister, post legationem Romanam, omnium honorificentissime tractatus habetur, qui Ratisbonam mittitur, principalis commissarii nomine usurpus.

§. XXXVII.

Quum igitur Romanus antistes supremam sibi asserit auctoritatem in mundo, sequitur, ut omnes pontificem queant appellare directo, omisso medio iudice, *caussa II.* quaeſt. 6. canon 4. cap. 40. X. de *sent. excomm.* cap. 23. X. de priuileg., 59. X. de *appellat.* cap. 27. X. de *offic. et pot. iud. del.*, *sacrosancta concilia studio PHILIPPI LABBEI et GABRIELIS COSSARTII* tomo X. p. 340. ANTONIVS DADINVS ALTESERRA in *ecclesiasticae iurisdictionis vindiciis* libro VIII. capite III. p. 285. DOMINICVS cardinalis TVSCHVS d. l. *conclusione XXXXI.* p. 24. EMANVEL GONZALEZ TELLEZ in *commentario ad decretales* libro II. titulo XXVIII. cap. VII. p. 813.

§. XXXVIII.

Posteaquam vero clerici de cauſis profanis cognoscere cooperant, atque ſuae iurisdictionis fines dilatauerant ad immensum, infinitum et immoderatum modum, cap. 8. X. de *sent. et re iud.*; quilibet animaduertit, quare etiam in negotiis ciuilibus ad pontificem fuerit ſaepiffime prouocatum. Quin immo, quando res in Germania ad interregnum venit, omnem iurisdictionem ad pontificem pertinere ait DOMINICVS cardinalis TVSCHVS d. l. *conclusione LXV.* p. 40. n. 2. quoniam iis casibus, vbi de ſalute animarum agatur, omnes pontificis iurisdictioni ſubſificantur.

§. XXXVIII.

Cuius rei (§. XXXVII.) hanc reddunt rationem, quia pontifex Romanus eſſet ordinarius iudex vniuersi terrarum orbis, et vna cum omnibus iudicibus forum agere et de re-

de rebus, quae ad illos pertinent, iudicium siue, ut forensi loquar stilo, concurrentem iurisdictionem exercere posset,
 ADAMVS HVTH in *iure canonico* libro II. titulo XXVIII.
 p. 192.

§. L.

Inde effici putant, sine medio statimque prouocari posse ad legatos pontificales, quippe qui muneri pontificis succederent vicarii, cap. I. X. de *offic. leg.* HVTH d.l.

Vera autem cauſa huius prouocationis ad pontificem in eo latet. Scilicet iactabat hic, suarum esse partium et officii, cauere, ne qua piacula, quae piorum animos offendant, palam admittantur, afflictos item et iniuria potentiorum oppressos erigere et sustentare, adeoque toto terrarum orbe ius dicere. Pontifices itaque omnes omnium, de iniuria potentiorum conquerentium, eiulationes secundis accipiebant auribus. Quin, longius etiam progressi, de iniuriis et nouis vestigalibus, quae sibi a principibus imposita esse illaque et iniqua et grauia, conquerebantur, non cognoscebant solum, verum etiam nouarum pecuniarum siue tributorum exactione non numquam interdicebant principibus, quo fauerent appellantibus pontifices.

SAMUEL PVFENDORF de *dominatu pontificis Romani*
 §. XXII.



NEXVS



NEXVS DICENDORVM DISQVISITIONE II.

- §. LI. veteres Christiani antistiti-
bus occasionem obtulerunt ad
ius dicendum.
- §. LII-LV. Nulla tamen pro-
uocatio permissa ab horum de-
cretis. Enumerantur commen-
ticiae rationes, quibus proba-
tum eunt ius appellandi pon-
tificem.
- §. LVI-LVIII. Falsitas canonis
illius Nicaeni, quo euincere co-
natur ius prouocandi ad anti-
stitem Romanum Ineptiae scri-
ptorum pro iure appellandi Ro-
manam. Fundamenium tantae
molis in lubrico et instabili lo-
catur a LVPO et PETRICCA,
aliis.
- §. LVIII-LXI. Imperatores Caro-
lidae ciuibis suis non facile
potestatem fecerunt pontificem
appellandi.
- §. LXII-LXVI. Adulterinae de-
cretales mire auxerunt nume-
rum appellationum ad aulam
Romanam.
- §. LXVII - LXVIII. Graues ideo
querelas de hoc abusu apud
pontificem habuit S. BER-
NARDVS. Querimoniae de his
iniuriis PETRI DE FERRA-
RIIS. Sed oleum periiit et opera.
- §. LXX. LXXI. Simulabant Ale-
xander III. et Innocentius III.
se malo medelam quaesturos.
- §. LXXII. LXXIII. Ne flocci
- quidem aestimarunt pontifices
consulta Basileensis concilii.
- §. LXXIII. Neque concilium Tri-
dentinum haec sanauir vulne-
ra, neque Urbanus VIII. morbo
buic est medicatus.
- §. LXXV-LXXVIII. Ne liber-
tatem regum protereret et con-
culcaret pontifex, inuentae
sunt appellationes ab abusu.
Quae describuntur.
- §. LXXVIII-LXXX. Insignem et
praeclaram operam contule-
runt in appellationum abusum
imperatores Henricus III.,
Conradus III., Fridericus I.,
Philippus, Fridericus II., Si-
gismundus, Fridericus III.,
item septemuir Moguntinus
eiusque administer.
- §. LXXXI-LXXXIII. Impru-
dentia lapsi quidam ordines re-
gni, quum per errorem ipsi ap-
pellarent pontificem v. g. Fri-
dericus Palatinus.
- §. LXXXIII-LXXXVII. Pro-
videntia et cura Saxonum pro
libertate sacrorum ratione ap-
pellationum, item Maximiliani
I. caesaris et Caroli V.
- §. LXXXVIII. Maxima qui-
dem inclinacione voluntatum
Germaniae quidam praefules
propendent in pontificem; ex
quo tamen respublica ipsique
detrimentum fecerunt ma-
ximum.

D

SECTIO

SECTIO SECUNDA
QVANDO APPELLATIONES AD
PONTIFICEM ROMANVM VENERINT
IN CONSVENTUDINEM?

§. LI.

A pud ecclesiam christianam in more positum erat antiquitus, ut, quum litigare christiani et caussas agere apud iudices idololatras, ethnicos vocant, nolent, controversias qualescumque antistitum arbitrio et iudicio permetterent. Quum vero magistratus christiani ius dicere pro tribunali coepissent, superiusque institutum non aboleretur, verum etiam auctoritate christianorum imperatorum confirmaretur, ordinariam iurisdictionem, audientiam vocant, sibi praesules vindicabant, SAMUEL PVENDORF d. l. §. XIII. p. 511. Verumtamen adhuc saeculo post natum Christum tertio forma iudicaria plane dissimilis erat hodiernae. Etenim ab episcoporum scitis, synodorum decretis et conciliorum consultis nulli potestatem faciebant prouocandi.

Constat ex iis, quae PETRVS DE MARCA *de concordia sacerdotii et imperii* libro VI. cap. XIII. col. 861., PASCHASIVS QVESNEL in dissertatione ad partem II. operum Leonis M. et V. C. IOAN. GEORG. PERTSCH *in dem Versuch einer Kirchen-Historie des dritten Jahrhunderts* capite X. §. XIII. p. 369. sq. docuerunt.

§. LII.

Et, ne ad pontificem quis prouocaret a iudiciis synodorum, veteri iure fuit prohibitum, sanxitque canon V. concilii Nicaeni, ut cuius episcopo facultas esset caussas decidendi, isque nulli potestatei prouocationis ficeret.

Hinc cum Cyprianus, tum maxime reliqui Afri nullis adduci minis et promissionibus potuerunt, ut caussas litesque suas ad tribunal Romanum deferri paterentur, MELCHIOR. LEYDEKKERI *historia ecclesiae Africanae* tomo II. dissertatione II. p. 505. sq.

Nec

Nec Orientales, nec Gallos ejusmodi prouocationes tolerasse e
LUDOVICI ELLIES DV PIN dissertationibus de antiqua ecclē-
siae disciplina p. 98. 100. sqq. luculenter constat

§. LIII.

Aiunt quidem, Stephanum, qui anno CCLV. pontifi-
catui praefuit, affectasse hoc praeципui, vt ad ipsum, tam-
quam supremum episcopum, liceret prouocare. Legitur
etiam haec fabula commenticia apud GRATIANVM, nu-
gatorem, parte II. *decreti caussa III. quaestione VI. canone IIII.*
Verumtamen ipse IOANNES HARDVINVS parte I. li-
bri, qui inscribitur: *acta conciliorum col. 142. lit. a.* perhi-
bet, haec Stephani decreta ab eruditis censeri adulterina.

§. LIII.

Nec quidquam fidei merentur decreta Anacleti I.,
quem pontificem anno CI. creatum nouimus; leguntur
que apud GRATIANVM *caussa II. quaestione VI. canone III.*
distinctione XXII. canone II. et apud IO. HARDVINVM d.l.
col. 63. sqq. qui tamen eruditis ipsis, qui sacra profitentur
pontificia, has epistolas Anacleti adulterinas videri, nota-
uit in margine. Itemque decreta Sixti I. qui anno CXXX.
pontifex est factus, sunt, eodem obseruante d. l. col. 87.

§. LV.

Vides igitur, irritum esse illorum laborei, qui ope-
ram in eo posuerunt, vt ope decretorum istorum ius ap-
pellandi ad aulam Romanam firment, in quorum numero
sunt ANGELVS PETRICCA A SONNINO et CHRI-
STIANVS LVPVS. Nec alicuius momenti est canon LXXI.
concilii Nicaeni, qui legitur apud IO. HARDVINVM d.l.
col. 491. Commonefecit enim hic col. 477. se inde ex
Arabica versione istum promississe canonem.

§. LVI.

Afri vero legationem miserant Constantinopolin et
Alexandriam, quae concilii Nicaeni vera inuestigaret ex-

empla ; quumque hi legati domum reuerterent, falsitas canonis patuit omnibus, PETRVS DE MARCA de concordia sacerdotii et imperii libro VII. cap. XV. col. 1053.

Quin si verus esset hic canon, numquam tamen eum obseruariunt Orientales, et Afri, docente EMVndo RICHERIO in *historia conciliorum generalium* libro I. capite VI. §. VIII. p. 114. Atque de his facit fidem canon XXII. concilii Mileuitani II. apud IO. HARDVINVM d. I. col. 1221. Adde IOSEPHVM BINGHAM volumine III. *originum ecclesiasticarum* libro VIII. capite I. §. XI. p. 395. V. C. IO. GEORG. PERTSCHIVM in dem *Versuch einer Kirchen-Historie des vierten Jahrhunderts* P. I. p. 685. et IACOBI FRIDER. GEORGII grauamina aduersus sedem Romanam p. 386. sq. Mitto tamen Orientem et Africam, quia satis est, notasse, populos, qui terras ad occidentem inhabitabant, ad curiam Romanam sensim provocare coepisse. BERNHARDVS ZEGERVS AB ESPEN in iure ecclesiastico parte III. titulo X. capite I. p. 1092.

S. LVII.

Multas quidem ineptias CHRISTIANVS LVPVS, quondam professor Louaniensis et Eremitarum S. Augustini gregalis de iure appellandi Romanam extulit, atque hoc institutum antiquissimum garriuit, in libro quem vocat *divinum ac immobile ius S. Petri apostolorum principis circa omnium sub celo fidelium ad Romanam eius cathedram appellationes*, Moguntiae CICLOCLXXXII. et parte VIII. operum eius, itemque tomo VI. *bibliothecae maximaee pontificiae* IO. THOMAE ROCABERTI. Egerunt quoque de hoc argumento ANGELVS PETRICCA A SONNINO de *appellationibus omnium ecclesiarum ad S. Petri cathedram*, apud eundem ROCABERTVM tomo III. et LAELIVS IORDANVS de *caviss episcoporum ad papam deferendis*, ibidem tomo XV. pariter edito, itemque NATALIS ALEXANDER in *historia ecclesiastica veteris nouique testamenti* tomo III. p. 337. - 359. ac tomo V. p. 165.

Etiam LUDOV. ELLIES DV PIN l. d. dissertatione II. capite I. II. et V. C. IO. GEORG PERTSCH c. I. P. I. capite V. §. XVIII. sqq. p. 670. - 685. LVPVM nugatorio argumentationis genere

genere vsum fuisse, clarissime commonstrauerunt. Neque FRANCISCVS BOSQVETVS in rarissimis ad Innocentii III. epistolas notis p. 7. rem acu tetigit, dum ope Augustini prouocationes ad curiam Romanam probare contendit.

§. LVIII.

Fundamentum appellationis ad pontificem in eo posuit CHRISTIANVS LVPVS, vt hanc enatam fuisse credat ex Christi effato Lucae XXII. commate 32. *Tu vicesim aliquando recreatus CONFIRMATO fratres tuos.* Ex qua Christi lege appellandi ius profectum fuisse statuit, appellationibusque, Romam suscepitis, nullam synodum, nullum concilium, nullum pontificem derogare posse, autumat p. 580. d. l.

§. LVIII.

Quamvis autem constitutiones Caroli M. et Ludouici pii titulo CCCXV. libro VII. *capitularium* parte I. col. 1094. episcopo accusato, Romam prouocare permittunt, id quod etiam dicto capitulari titulo CLXXIII. col. 1061. et titulo CCCCXII. col. 1114. titulo CCCCXXXVIII. col. 1124. legitur, et libro VI. *capitularium* parte I. titulo CCCCII. col. 1000. et additione IIII. col. 1198. sqq. titulis XXVI. XXVII. XXVIII. XXVIII. et XXX. de appellatione episcoporum ad pontificem agi vides; sanxerat tamen e contrario Carolus M. canone VI. concilii, quod Francofurti ad Moenum anno 10CCLXXXIXIII. erat congregatum, vt si episcopi causam decidissent, atque metropolitanus litem postea dirimere nec posset nec vellet, litigantes imperatorem ipsum adirent, teste IO. HARDVINO l. c. parte IIII. col. 905.

§. LX.

Constitutum quoque reperitur anno 10CCLXXXVIII. canone X. concilii Aquisgranensis, ne quis facile a decreto episcopi prouocaret, atque si quis appellare cuperet caefarem, hoc fieret cum metropolitani consensu, IO. HARDVINVS d. l. parte IIII. col. 829.

§. LXI.

At vero Gregorius III. qui pontificatus anno 1000 XXVII. praefectus est, litteras dedit ad vniuersos episcopos, quibus significauit, Aldricum episcopum non alibi, quam apud pontificem posse accusari. Vide CAESARIS BARONII *Annales ecclesiasticos* ad annum 1000 XXXVIII. n. 2. et 10. HARDVINVM l.c. parte III. col. 1269. Verumtamen contra eas litteras pontificales Hincmarus Remensis in *libello proclamationis contra Hincmarum Laudunensem episcopum*, nulla habita ratione appellationis ad pontificem, ferri posse sententiam contendit, ut liquet ex concilio Duziacensis actis, quod anno 1000 LXXI. habitum fuit, 10. HARDVINVS d. l. parte V. col. 1283 - 1285.

§. LXII.

Ex quo deinde adulterinae decretales nempe can. 1. dist. 80. can. 1. dist. 99. C. 2. quaest. 6. can. 3. can. 1. dist. 17. receptae sunt, appellationes maiora ceperunt incrementa. His enim diuersae archiepiscoporum, primatum, patriarcharum instantiae, quasi inde a saeculo II. visitatae, incrassantur, omnibusque christianis ad pontificem, sine medio, appellare permittitur.

§. LXIII.

Saeculo itaque VIII. per Pseudo-Isidorum publicatis spuriis illis ac famosis epistolis decretalibus sib nominibus veterum pontificum, admodum frequentes esse coeperunt appellationes. BERNARDVS ZEGERVVS AB ESPEN parte III. *iuris ecclesiastici vniuersi* titulo X. §. VI. p. 1092.

§. LXIII.

His rebus effecit aula Romana, ut omnes cauissas, etiam in prima instantia, ad sua attraheret subsellia, et in iurisdictione contentiofa, veluti in beneficiorum collatione, ordinarios supplantaret, CLAVDIVS FLEVRY parte III. capite XXIII. §. III. p. 744. *institutionum iuris ecclesiastici*.

§. LXV.

§. LXV.

Ideo Romae admittebantur appellations ab episcopo vel quis inferiori iudice, omisso medio. Quin etiam appellationum tanta exstigit multitudo, quantam vix animo tibi conceperes. Nam Romae admittebant appellations ab interlocutionibus, ac tum postea causa principalis, immo saepe causa primiae instantiae euocabatur.

§. LXVI.

Mira igitur hominum frequentia variis ex caussis, nullo iure ordine obseruato, Romanum pontificem appellauit. Nullus enim iure pontificio fuit certus modus, nulla regula certa concedendi rescripti, quo lites de proprio foro euocabantur; sed summus pontifex motum animi sui componebat ex diuersis caussis, habita ratione rerum et personarum. IANVS A COSTA *in commentario in decretales Gregorii VIII.* p. 69.

§. LXVII.

Quare s. BERNHARDVS eiusmodi prouocationes non refugia sed effugia vocavit, et *in consideratione ad Eugenium III. pontificem* libro III. capite II. de appellationibus eiusmodi valde conquestus est. Vide *operum* eius tomum III. p. 3. et 11. Nec praetermittenda erit epistola eiusdem CLXXVIII. tomo I. *operum* p. 77, quam Innocentio II. anno CCCCXXXVIII. de eodem scripsit argumento. Vide NATALEM ALEXANDRVM d.l. tomo VI. p. 543. sq. Pariter IVO Carnotenfis epistola CLXXI. et CCXVIII. et HILDEBERTVS Turonensis, ad Honorium III. pontificem scribens, hos abusus asperioribus verbis, sed sine villa contumelia perstrinxerunt, NATALIS ALEXANDER d. l. p. 544. Propterea idem ille s. BERNHARDVS purpuratorum patrum confistorium depinxit tamquam tribunal, decisione litium infinitarum occupatum, aitque „ipsam curiam, „Romanam reis, actoribus, procuratoribus, sollicitatori- „bus, aduocatis oneratam, qui ex toto orbe Christiano, „eo confluenter.”

§. LXVIII.

§. LXVIII.

Ad haec quum metropolitani et primates sequerentur exemplum pontificis; appellationibus friuolis talibusque, qualium spes omnis frustrabatur appellantes, nihil frequentius, nihil magis tritum, nihil magis quotidianum aetas illa vidit. Non tantum a sententiis, sed et ab ordine litium tractandarum confueto, a factis, quae in iudicium nondum erant adducta, ab interlocutionibus, lenioribus obiurgationibus episcopi, a superioris admonitione appellare fuit visitatum. Admissae sunt appellationes vagae, nec fixae nec fundatae, prouocationes a querelis non solum illatis, sed etiam inferendis atque futuris. Eadem appellationes, in plures annos protrusae, penitus in omnis generis fraudes et improbissimas fallacias degenerauerunt.

CLAUDIVS FLEVRY C. l. p. 745.

§. LXVIII.

Dignissimi hi abusus visi fuerunt PETRO DE FERRARIIS, ICto Ticinensi, quibus stomacharetur. „Quod ideo prouiderunt, inquit, vt quaestiones in curiam traherent, et eorum avaritiam satiarent, quod tam numquam facient, quia clericorum animus et appetitus praeceteris est anxius in pecuniis cumulandis contra honestatem communem et fidem Deo promissam, non attendentes, nec studentes bonis moribus, nec scripturis tam diuinis quam moralibus.

§. LXX.

Quapropter per concilia Lateranensia duo Alexander III. et Innocentius III. medelam se quaeſituros his appellationum vitiis simularunt, vetantes, „ne in multis casibus particularibus, et generatim ab interlocutoriis, per definitiū reparabilibus, item a correptionibus, ceteris que ad disciplinam pertinentibus monitionibus, veluti episcopi visitantis, aut superioris, regulares increpantis, appellaretur.

§. LXXI.

§. LXXI.

Praeterea concilio Lateranensi III. quod Innocentius III. anno cccc xv. ad omnem funditus rationem et libertatem eradicandam celebrauit, sancitum fuit, „ne quis ultra bidui viam extra suam dioecesin per litteras apostolicas ad iudicium trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratae, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.“ IOAN. HARDVINVS parte VII. conciliorum p. 47. adde cap. 38. X. *de rescriptis*. Ne dicam de concilio Lugdunensi II., quo iste appellationum abusus reprehenditur, teste NATALI ALEXANDRO d. l. tomo VII. p. 421.

§. LXXII.

Concilii Basileensis asseffores, damnatis euocationibus ad curiam Romanam, VIII. kalendas Februarii anno cccc xxxviii. sessione XXXI. constituerunt, vt in locis, quae quatriduum a Roma absunt, omnes eauffae, exceptis maioribus et aulae Romanae referuatis, a iudicibus loci tractarentur ac definirentur. Idem sanxerunt, vt appellations semper ad iudicem, proxime superiorem, neutram autem, omisso medio, ad eius superiorem, si is vel maxime pontifex esset, deferrentur. Vide *sacrosancta concilia studio PHILIPPI LABBEI et GABRIELIS COS-SARTII* tomo XII. p. 602. §. I. p. 1426. et *JOANNEM CABASSUTIVM* in *notitia ecclesiastica historiarum conciliorum et canonum* p. 552.

§. LXXIII.

Adhaec sancitum fuit, vt prouocationes, ad pontificem delatae, mandentur legato, vsque dum descriptus litium ordo terminatione litigantium fuit conclusus. Qui secus fecerit, poena tenetur, qua cuncta sunt habenturque nulla, et aduersario impenias refarcire iubetur.

§. LXXIII.

Tum concilium Tridentinum, sessione XXIII. capitulo XX.

34 SECT. II. ORDO SERIESQVE CAVSSARVM

te XX. *de reformatione* decreuit, vt prima quidem instantia coram ordinario iudicio obseruetur, ita tamen, vt lis intra biennium finiatur, quod si fiat, tum demum per gradus appellandum, neque commissionibus neque auocationibus neque appellationibus incongruis locus dandus, reseruatis tamen pontifici caussis arduis. Vide *sacrosancta concilia PHILIPPI LABBEI et GABRIELIS COSSARTII* tomo XIII. p. 893. sq. Qua ratione vero sint terminandae, statuitur sessione X. d. l. p. 254. Deinde constitutum sessione XXII. capite VII. *de reformatione*, vt sanctio, quae in capite *Romana X.* in VI. legitur, in appellationibus obseruetur, IOANNES CABASSUTIVS in *notitia ecclesiastica historiarum conciliorum et canonum* p. 552. Postremo Vrbanus VIII. pontifex modum appellationibus prae- finiuit tomo III. *magni bullarii Romani LAERTII CHE- RUBINI* aliorumque, p. 27. §. XXXVII.

§. LXXV.

Dixeram (§. LII.), clericos etiam iudicauisse de litibus ciuilibus. Aegerrime tulerunt hos conatus summi imperantes.

§. LXXVI.

Quum vero controuersiae laicorum ad subsellia iudicium ecclesiasticorum attraherentur, vel per prouocationes eo deferrentur; inde fuerunt profectae appellationes, quas vocant, tamquam ab abusi. Estque talis, ab abusu dicta, prouocatio, querela de iudice ecclesiastico, potestatis suae fines egresso, hoc est, aliquid contra iurisdictionem ciuilem, sive generatim aduersus libertatem regni auso.

§. LXXVII.

Incognitae fuerunt in Gallia hae appellationes tamdiu, donec post annum CIO CCCCLXXXVI. increbescerent, notante ANTONIO DADINO ALTESERRA in *ecclesiasticae iurisdictionis vindiciis aduersus Carolum Feuretum* libro VIII. capite VIII. p. 298.

§. LXXVIII.

§. LXXVIII.

Interea tum Venetis, tum Hispanis, tum Siculis, tum Gallis, tum Germanis hoc remedium saepe auxilio est contra eiusmodi appellations.

Quin etiam appellari potest a decreto seu rescripto ipsius pontificis. Nam si de bulla vel rescripto pontificis lis est, reuerentiae causa non a rescripti concessione, sed eius exsecutione appellandum, ut pars aduersa magis illa, quae in iudicio facta sunt, quam pontificis oraculum, impugnare videatur. CLAVDIUS FLEVRY d. I. p. 753.

§. LXXVIII.

Etenim abusum appellationum ad Romanam curiam aegerrime tulisse imperatorem Henricum III., docet LAMBERTVS Schafnaburgensis apud IOANN. PISTORIVM p. 190. *scriptorum rerum Germanicarum.*

„Iamque, ait, in eo res vertebatur, ut Thuringi, improbata synodo, sedem apostolicam appellarent. Sed rex sub attestacione nominis diuini affirmabat, se in eum, si quis id praesumisset, capitali sententia animaduersum, et omnia, quae eius essent usque ad internacionem dissipaturum. „

§. LXXX.

Neque concessit imperator Conradus III., vt aliquis ciuium suorum Romanam appellaret. Etenim auctor est OTTO FRISINGENSIS libro I. *de gestis Friderici I.* capite LXXII. p. 446. caesarem Vltraiectenses, quia Romanam appellauerant, maiestatis reos peregrisse. Ipse imperator Fridericus I. multam ab Vltraiectennis ideo exegit, OTTO FRISINGENSIS d. I. libro II. capite III. p. 448.

§. LXXXI.

Et quod maximum est, ne in ecclesiasticis quidem controuersiis appellationes permittebant Germani, sicuti talis prouocatio libertati ecclesiarum repugnabat, prout constat ex Innocentii III. pontificis, sententia, quam anno CIOCL XXXXVIII. in caussa abbatis Pegauiensis et Merseburgensis antistitis tulit.

36 SECT. II. ORDO SERIES QVE CAVSSARVM

Etenim reportarat ille ob accessum ad curiam Romanam quae-
dam priuilegia, quod moleste ferebat imperator, cogens abba-
tem, vt illa produceret. Interea hic prouocabat ad pontificem,
quam ob causam caesar iussit, hunc monachorum praefectum mu-
nere abdicari. Multis verbis exposita haec lis est in *reliquis*
MSC. omnis acui diplomatum IO. PETRI DE LVDEWIG to-
mo II. p. 201 - 208.

§. LXXXII.

Imperator Fridericus II. clericos sua iurisdictione per-
uerse et improbe vti, est valde conquestus.

Hinc in litteris, ad Gallos anno c10 cc xxxxv. scriptis, „item, in-
quit, in eo iniuriam perpeti ordines, quod praedicti summi pon-
„tifices in praeiudicium *iurisdictionis* et *honoris regum* et prin-
„cipum praedictorum, ad petitionem clericorum seu laicorum co-
„gnitionem caussarum de rebus temporalibus, possessionibus feu-
„dalibus, seu burgensaticis, in *ecclesiastico foro* tractandas reci-
„piunt et committunt, MELCHIOR GOLDASTVS parte I. con-
„stitutionum imperialium p. 306. §. III. IO. FRIDERICVS PFEF-
„FINGER libro III. VITRIARIJ illustrati, titulo III. §. XXII.
P. 437.

§. LXXXIII.

Friderico, de quo dixi, magni animi imperatori lit-
terarumque amantissimo, res erat cum Innocentio III. ho-
mene callido et supra omnem modum ambitioso, qui multa
fecit tyranno, quam Iesu Christi legato digniora. Nec file-
re fas est constitutionem imperatoris Ludouici Bauari, quam
de iuribus imperii promulgavit anno c10 CCC XXXVIII. vbi
adiecit grauissimis poenis eiusmodi appellations prohibet.

§. LXXXIV.

Imperatorem Sigismundum prouocationem Erici,
Lauenburgenſium ducis, qui anno c10 cccc xxxiii. ob se-
ptemuiratus saxonici litem, concilium Basileense appella-
uerat, admodum moleste tulisse, patescit e litteris Sigis-
mundi, anno c10 cccc xxxv. datis.

§. LXXXV.

Imperator Fridericus III. iusserat, ab Osnabrugensibus
comi-

comitem Hoiensem captiuum dimitti. Sed, quod hi Basileam appellassent, imperator eos proscripsit, i. o. HENR. MEIBOMIUS parte II. *scriptorum rerum Germanicarum* p. 256.

§. LXXXVI.

Idem imperator irritam declarauit appellationem Gebhardi, praesulis Halberstadiensis, ad Sextum IIII. pontificem. Is enim contra Quedlinburgensem antifitam ob pagum Ditfurt, caussa in iudicio caesaris ceciderat. Vide libellum, qui vocatur *in Sachen Braunschweig contra Hildesheim, remissionis, ausführliche relation und Bericht* p. 359. et FRIDERICI ERNESTI KETTNERI *antiquitates Quedlinburgenses* p. 263.

§. LXXXVII.

Hinc in querelis Germanorum, quas grauamina nationis Germanicae sub imperatore Friderico III. vocant, capite X. p. 225. apud IACOBVM FRIDERIC. GEORGIVM talia leguntur: „item quod in partibus nostrae nationis, „quae ultra quatuor diaetas a curia distant, omnes caussae, „maioribus, nec non electionum ecclesiarum sedi apostolicae immediate subiectarum, exceptis, in partibus terminentur.

§. LXXXVIII.

Et apud MELCHIOREM GOLDASTVM parte XXIII. *politiorum imperialium* p. 1038. querela decima anno CIO CCCC XXXXII. scripta, ita se habet: „caussae, quae in „Germania, in qua docti et iusti iudices sunt, terminari „poterant, ad *tribunalia Romana* indistincte trahuntur, quod „S. Bernhardus ad Eugenium papam scribens, valde reprobare videtur.

§. LXXXVIII.

Firmat, quae huc transcripsi, cancellarius Moguntinus, Martinus Meyr, qui Aeneae Sylvio anno CIO CCCC L VII.

ita scripsit: „caussae, quae tractandae terminandaeque in
„his partibus fuerant, ad apostolicum tribunal indistincte
„trahuntur. MELCHIOR GOLDASTVS d. l. p. 1039.

§. LXXX.

Item hac de re valde fuit conquestus Dietherus, praef-
sul Moguntinus, quod nempe Romanum portentur lites et
caussae Germaniorum, vbi pontifex, tamquam Apollo Del-
phicus oracula caneret, et pro libidine ius diceret. Quem
iam pontificem pactis, toties initis, obtemperare? ac ne
decreta quidem concilii Basileensis curare, quae nuper
consensu omnium Christianorum facta essent, sed illa ob-
terere aut abolere, ut Germanis pecuniam auferret, ut gen-
ti simplicissimae, tamquam fatuae, aeterno gentis oppro-
brio os oblimeret illuderetque. PAVLLVS HACHENBERG
in historia Friderici I. Electoris Palatini p. 100.

Loquitur autem Dietherus de Pio II. pontifice Romano, sene
imperioso et auaro, qui in Germania aliquando versatus, opes
viresque regionis perspexerat. Verebantur itaque Germaniae or-
dines, ne indomita hominis superbissimi libido totam euerteret
libertatem. Est, de quo loquor, Pius II. is, qui antequam in so-
lum pontificale eueheretur, Aeneas Sylvius dicebatur. Verum,
quae de potestate pontificis recte senserat et scripserat purpuratus,
ea pontifex non sine dedecore deleuit ac repudiauit, IO. LA-
RENTIVS MOSHEMIUS l. d. p. 818.

§. LXXXI.

Interim ipsi ordines regni interdum pontifici se ve-
xandi tradebant ansam. Siquidem Fridericus I. Palatinus
Septemuir, quum sententia aduersus ipsum ferretur, anno
ciccccc l viii. supremum rei sacrae antisitem appellauit,
et ab Eystetteni reddi rationem sententiae, quam arbi-
ter controuersiae creatus, pronuntiauerat, poposcit. CHRI-
STOPHORVS LEHMANNVS *chronicorum Spirensium* li-
bro VII. capite CIII.

§. LXXXII.

Idem septemuir, quum Philippum Palatinum sibi fi-
lium

lium adoptauisset, eumque heredem scripsisset anno CIO CCC L II. Fridericus plurimum et præsidii et auctoritatis cernens in consensu pontificis Romani, transmissis ad Nicolaum V. litteris, rogavit, vt decreto adoptionem sanciret et potestate sua iussuque confirmaret. Is statim rescriptum diuulgauit luculentum atque vtile Friderico septemuiro nouo, quo imperium, comprobata adoptione, diligenter commendauit Germanis. PAVLLVS HACHENBERG d. l. p. 35.

§. LXXXIII.

Melius et sibi et ciuibus suis et libertati Germanicae prospexerunt Saxonie duces, qui in conuentu Numburgensi anno CIO CCC L XXXXVIII. teste IOAN. IOACHIMO MÜLLE RO parte II. des Reichstags-Theatri Maximiliani I. actu III. capite XXVII. p. 105. ita constituerunt §. III.

Hinfür zu Vorfügen, daß werntliche Personen wissentlich umb werntliche sachen nicht für geistlich gericht gezogen werden; So es aber über magentlichen fleiß unwissentlich also verborgener weise von ymants anders fürgenommen vnd erlanget würde, daß doch der cleger dem beklagten in expens condempnirt und verteilt werde. So auch werntliche personen umb geistliche sachen, als ehebruch oder anders fürgenommen, und durch gericht beschuldiget werden, daß denselben strafe oder buße - zu entledigen, er dann solch gerüchte ungenugsam angezeiget und fersfürt ist, nicht aufgelegt werden etc.

§. LXXXIII.

Et iamiam anno CIO CCC XXXVI. edixerat Guilielmus Saxoniae dux §. III. der Landes-Ordnung, ne quis ciuum suorum tum in caussis sacris tum in ciuibibus controuersiis ad extera iudicia prouocaret: vor ausländischen Gerichten soll niemand stehen. Vide FRIDERICI RVDOLPHI Gotham diplomaticam parte V. in appendice p. 224.

§. LXXXV.

Imperatoris Maximiliani I. prostat rescriptum anno CIO CCC V. datum, qua multam centum marcarum auri illis dixit,

dixit, qui praeposito, senatui canonicorum Treuirensium, horum decurio*n*i, quem decanum appellant, vel huius collegii socio redditum quidquam persolueret, quoniam hi Romae coram Julio II. pontifice intendissent actionem Philippo, Virnebergae comiti. MELCHIOR GOLDASTVS tomo III. *imperatorum augustorum S. R. I. recessum, constitutionum, ordinationum et rescriptorum* p. 659.

§. LXXXVI.

Quum anno cccc xii. quidam appellassent aulam Romanam ob sententiam, quam tribunal supremum camerale pronuntiauerat, appellantibus irrogata fuit mulcta ingentis pecuniae.

Verba sententiae transcribam : daß densenben beklagten **IIII.** *appellation von einer Vrtheil an diesem Keys. Chambergericht gesprochen, an Babſtliche Heiligkeit gethan, demſelben Chamber-Gericht insinuaret, als zu Schmach, veracht und verlezung Keys. Maieſtät hoheit und zu Abbruch derselben Maieſt. und des heiligen reichs obristen iurisdiction, freyenlich fürgenommen, keins wegs gezimpt, ſie auch derhalben in die Peen des rechten und ander mercklich buß und ſtraf verwirckt haben, darinn wie ſie gefallen ſeyn, erkleren, und ſolch peen, buß, verwirckung hie-mit dieser Vrtheil auf 100. markt loetigs Golds in den keyſerlichen und reichs fiscum zu bezahlen, meſſigen, und fernrer erken-nen, daß dieselben beklagten dem genandten fiscal koſten und ſchäden darumb erlitten, auf rechtlich meſſigung ausrichten ſollen. vide RAPHAELIS SEILERI cammergerichts bey und endurtheil p. 50.*

§. LXXXVII.

Quid hac de re actum sit, Carolo V. imperante, qui eiusmodi prouocationes aegerrime tulit, docet caput V. *grauaminum Norimbergensium*, quae anno cccc xiii. fue-runt exhibita hunc in modum :

„Quum nedum iuris ratio, sed et rei ipsa series postuleret, vt di-stincti sint iurisdictionum limites, et vt quilibet ordinarius suis sit finibus contentus, alterumque in exercenda iurisdictione non disturbet : minime tamen pontifices Romani pro tempore exi-stentes,

„stentes, aequitatem hanc communem considerarunt, sed neglecta
 „hac, ad petitionem personarum ecclesiasticarum, *laicos* non ra-
 „ro in caussis etiam *prophanis*, puta hereditatum, aut pignorum,
 „et in prima quidem *instantia*, coram se *Romam* citari ac in ius
 „vocari fecerunt. Quae res nedum ita, ut praedictum est, in ius
 „vocatis, sed et totius *Romani imperii ordinibus* cedit in iactu-
 „ram, perniciem, contemtum ac iurisdictionis dehonestationem
 „deminutionemque. „ IACOBVS FRIDERICVS GEORGIVS
 d. l. p. 336. sq. et vir cum in his caussis exercitatus, tum in rebus
 Germanicis multum et saepe versatus HENRICVS GOTTLIEB
 FRANCVS de grauaminibus nationis Germanicae Norimbergen-
 sis p. 18. sq.

§. LXXXVIII.

Claris argumentis signisque iam lucet, imperato-
 res ordinesque, quos saeculares vocant, de libertate ec-
 clesiarum Germanicarum satis superque cogitauisse, ac
 rationem salutis earum habuisse plurimam. Si quam er-
 go ecclesiasticae libertatis oppressionem sensit Germania,
 quam tamen frequentissimam esse, explorata est veritas, hoc
 incommodum ipsis adscriendum foret praefulibus. Sunt
 hi religionis sane studiosissimi et pertinaces ecclesiasticae
 suae conditionis defensores. Nihil etiam intermittunt,
 quod probare principes possit, quum et ingentis impensae
 palatia et domos superbe instruunt. Immemores tamen,
 nisi principes imperique ordines forent, se meliori con-
 ditione futuros, quam Italiae aliorumque regnorum prae-
 fuisse. Doctrina enim, quam ADAMVS CONTZEN *de*
pace Germaniae capite IIII. p. 436. proposuit, quod nimi-
 rum imperium in Germania sit per ecclesiam et primaria
 membra imperii suam dignitatem habeant, quia sint eccl-
 esiastici, tota ex fictis commenticiisque rebus constat.





SECTIO TERTIA. DICENDI ORDO.

- §. LXXXVIII. Aridae et ieunae rationes, quibus fucata pontificis maiestas nititur.
- §. C. Germaniae quidam populi, qui omnia cum superstitione sollicitudine et miseria credunt. Nemo, nisi imbecillus animus pontificis auctoritatem concipit.
- §. Cl. Quum plerique superstitione anili sunt imbuti, mirum non est pontificis maiestatem fuisse corroboratam, hocque malum ingrauescere in dies per legatos pontificales.
- §. CII. Alii sunt legati pontificis primarii, alii, quos nuntios nominant.
- §. CIII. CIII. Horum iura.
- §. CV. CVI. Veteras eiusmodi legatorum.
- §. CVII. De legatis natis, immunita ac debilitata horum auctoritas.
- §. CVIII. Collatio legatorum et proconsulium, quam pontifices fecerunt. Insignia legatorum pontificiorum.
- §. CVIII. Ad hos pronocari nequit aliter nisi gradatim. Instantiae, ut vocant, iudiciorum sacrorum.
- §. CX. CXI. CXII. Fora sacrum in Germania prouinciarum, alterum altero superius.
- §. CXIII. Duplicem antistites Germanici sustinent personam, eorumque vicarii.
- §. CXIII. Qua distinctione neglecta, libertas ecclesiarum Germanicarum permulcis onerata est malis, quae in infinitum serperunt.
- §. CXV. CXVI. Iccirco qui appellarent vicarium antistitis Coloniensis ob controversias ciuiles, occasionem captauerunt prouocandi ad pontificis legatum.
- §. CXVII. Prudenia Francisci Ludouici antistitis Treuirensis et cura pro libertate Germaniae.
- §. CXVIII. Discrimen cauſarum sacrarum et profanarum.
- §. CXVIII. CXX. CXXI. CXXII. Enumerantur illae, et quae his sunt

- sunt propinquae, et quae mixtae sunt naturae.
- §. CXXIII. De caussis profanis. Lites de his vicarii praesulum, vulgo officiales, diiudicant, non tamquam antistitum vicarii, sed qua principum vicem supplent.
- §. CXXIII. Lites ordinis sacri de clientelis sunt causae profanæ.
- §. CXXV. CXXVI. Necesitas nouae legis lationis, qua fines regantur causarum mixti fori et sacrarum. Illustratur haec res exemplo. Optata, ne antistitum vicarii de rebus profanis possint cognoscere.
- §. CXXVII - CXXVIII. Forma iudicij, quod pontificalis exercet legatus. Formula sententiae et editi, vulgo mandati. Proponitur exemplar, qua ratione pontifices controversias Germanorum tractauerunt.
- §. CXXX. Auctoritas, quam legatis suis dare consuevit pontifex, ad negotia facienda.
- §. CXXXI - CXXXII. De supremo pontificis tribunali, cui rotata nomen.
- §. CXXXV. Ratio multitudinis causarum, quae ad hoc iudicium deducuntur.
- §. CXXXVI. Prima Germanorum legis datio contra legatos pontificis, qui manus sine intermissione porrexerunt in res Germanorum. Verba pactionis Ferdinandi III.
- §. CXXXVII - CXXXVIII. Secunda legis latio anno 1513 CLIII. Quae illustratur.
- §. CXXXIX. Tertia et quarta legis datio aetate imperatorum Leopoldi et Iosephi.
- §. CXXXXI. Quinta legis latio quam Carolus VI. ad reipublicae Germanicae gubernacula accederet.
- §. CXXXXII - CXXXXIII. Ratio huius sanctionis. Germani praesules magis inclinati ad pontificis partem, quam ad libertatis suae iura.
- §. CXXXXV - CLVIII. Frequenter facinorum, quibus pontificii legati manus iniecerunt Germanorum tribunalibus. Exempla Fürstenbergii, Rensingii, consiliariorum Colonensis antistitis, Counottii, Auwachiorum, Redingii, Thorunensis antistitac, Amersbeckii, Grasii, Creuzlingensis praefusilis, Huigenii, Sierstorpii, Piccartae, aliorum.
- §. CLX. Dominatus pontificalis, quo opprimere studet Germaniam, clarissima documenta.
- §. CLXI. Fucatae quas horum facinorum dant rationes, in primis BELLARMINVS.

SECTIO TERTIA
DE
LEGATIS PONTIFICALIBVS
ET DE SVPREMO TRIBVNALI ROMANO
ROTAM VOCANT IN REM GERMANORVM
IVDICIARIAM SE INFERENTIBVS
ET INTRVIDENTIBVS.

§. LXXXVIII.

Tametsi inuictis iam comprobatum fuit argumentis et quidem ab ERNESTO SALOMONE CYPRIANO in optimo et vtilissimo libro *vom Ursprung und Wachsthum des Papstthums*, DAVIDE BLONDELLO *de la primaute en l' Eglise* et IOANNE LAVNOYO tomo VI. epistola ultima p. 402. sqq. pontificem Romanum neque vicarium esse Iesu Christi, neque supremum mundi dominum; nihilo tamen secius praesulem Romanum re ipsa haec iura exercere, moti admiratione, conspicimus, ipsumque in eorum possessione vel quasi consistere videamus.

§. C.

Interim illius auctoritas non vbiuis aequa est magna. Enim uero ille vel ab infima plebe Germanica pro regionum diuersitate diuersa colitur reuerentia et obseruantia, ita, vt, docente IOACHIMO CHRISTOPHORO NEMEITZIO p. 251. *Der Nachlese besonderer Nachrichten von Italien*, in ditionibus Paderbornensibus et Monasteriensibus pontifex paene deus habeatur, quem tamen Sueuica plebs tanti non facit. Quin etiam Romae dantur homines, qui acribus verbis increpat illos imperatores, qui in culpa fuerunt, quod pontificis auctoritas ad tantum ascenderit fastigium, adeo vt caput aperire videoas quosdam, quum aedes Crescentiorum praetergrediuntur, quippe qui insul-tanti-

tantibus in omnes pontificibus se fortiter opposuerunt. 10.
GEORG. KEYSLER l. d. p. 635. Adde DAVIDEM BLON-
DELLVM de *formula regnante Christo* p. 190. §. III.

§. C.I.

Exercet igitur pontifex sua iudicia tueturque suam au-
ctoratatem ope legatorum, quos instar proconsulium et
praesidum prouinciae per Europam circummittit, quibus
tamen sine litteris, quas vocant, credentialibus fidem ha-
beri vetuit pontifex, LUDOVICVS ENGEL in *collegio
vniuersi iuris canonici* libro I. titulo XXX. n. 8. p. 191.

§. C.II.

Loquor enim de legatis, quos opponunt illis a latere
vocantque cum mandati formula, FRANCISCVS BOS-
QVETVS l.c. p. 225. Mitti hos ad exemplum discipulo-
rum Christi, auctor est INNOCENTIVS III. libro IIII.
epistola CIII. p. 628. adeo vt, quod per hos pontifex agit,
per se ipsum fecisse censeatur. Et sicut Deus facit ange-
los suos spiritus illosque mittit, ita pontificem imitari
Deum, dum legatis vtitur, ait iste libro IIII. epistola XVI.
p. 531.

§. C.III.

Eiusmodi legatus alter pontifex vocatur, obseruante
IANO A COSTA in *commentariis ad decretales Gregorii*
VIII. p. 282. Hos iurisdictionem exercere propriam, non
delegatam idem auctor est p. 150. Quare muneri eorum
mors pontificis finem non facit, idem p. 154. Curant au-
tem primum in prouinciis supremam in ecclesiasticis guber-
nationem et inspectionem, dein principes ac plebem in fi-
de et amore erga pontificem conferuare student, tum
constitutiones pontificales in usum deducunt, aut, si hoc
fieri nequit, pontifici id significant, postremo iurisdic-
tionem quotidie exercent, et quae ad salutem ecclesiae face-
re videntur, obseruant. Docent hoc auctoritates legatorum,
quas facultates vocant, quarum summam dabo infra §.

46 SECT. III. DE LEGAT. PONT. SUPREM. TRIB.

CXXX. Cuncta enim hic redeunt ad potestatis formam,
teste I.O. BAPT. cardinali DE LVCA *discursu XXXIII. ad*
concilium Tridentinum n. 33.

§. CIII.

Quae sint corum negotia in Gallia Belgioque, exposuit
BERNHARDVS ZEGERVVS AB ESPEN l. c. titulo XXI.
§. XVII. p. 160.

§. CV.

Vetustum est et iam saeculi V. institutum, quo Romanae legationes in aula regia per longum temporis interuum haeserunt. Sic Leo M. qui anno CCCCXXXX. pontificatui coepit praeesse, Julianum misit, ut prouideret, ne haeresis Nestoriana vel Eutychiana inualesceret.
LEO MAGNVS epistola LXXXVI.

§. CVI.

Postea saeculo VI. tales legati et quidem Iustiniano imperante, apocrisiarii, responsales fuere dicti. PETRVS DE MARCA d. l. libro V. capite XVI. IANVS A COSTA l. c. p. 150. BERNHARDVS ZEGERVVS AB ESPEN l. c. p. 153. Interim et qualitas et potestas legatorum pontificis inde a Nicolao I., qui rei Christianae anno 10CCCLVIII. praeesse coepit, repetenda videtur. IVSTVS HENNING. BOEHMER libro I. titulo XXX. §. VIII. *iur. eccl. Prot.*

§. CVII.

Quo maiori autem splendore praediti essent legati, praesulibus quibusdam stabilem atque perennem legationis curam mandarunt pontifices, eosque legatos vocarunt natos. Verum Innocentius III. horum infregit iura, effecitque, ut ad legatos missos cuncta remearet auctoritas, hique tamquam pontificis vicarii haberentur. Quare Clemens V., pontifex, cap. 2. X. *de officio legati in VI. iussit*, tales legatos pro ordinariis putari in legationis suae prouinciis. Iccirco eis prouincia suntus suppeditare debebat necessarios,

rios, id quod vox necessitas in iureiurando antistitum subobscurè significare videtur.

§. CVIII.

Huiusmodi legatos ad exemplum proconsulū et praefidū mitti, docet cap. 2. X. *de officio legati*. Quemadmodum vero illi se venerabiles insignibus imperii fecerunt et cum cetero habitu se augustiores tum maxime, vbi consulatu erant functi. duodecim, vbi praetura, demum sex falcibus cum totidem securibus praebuerunt, EZ ECHIEL SPANHEMIVS *de usu et praestantia munis matum* tomo II. dissertatione X. p. 92.; ita quoque legati pontificis vtuntur pontificalis dignitatis signis, vtpote vestibus rubris, equo frenato stratoque, freno et calcaribus auratis alboque dorsuali. BERNHARDVS ZEGERVVS AB ESPEN l. d. p. 157. §. XXV.

§. CVIII.

Potissima legatorum ratio, quae hic consideranda venit, est appellatio, quae ex decreto concilii Tridentini fessione XXIII. *de reformatione* capite XX. fieri debet pendentim et gradatim (LXXIII.), adeo vt vetitum hodie sit, statim appellare legatum pontificis.

Tot vero ecclesia haber dignitates cum iurisdictione, quot syndos. Igitur tot iurisdictionum numerant gradus. Prima syndos est episcopi, nisi forte, vt debes, et aduoces archidiaconos et archipresbyteros. Secunda syndos est omnium episcoporum totius prouinciae, cui praest metropolitus. Venio ad tertiam syndonum, quae est episcoporum multarum prouinciarum, quae vocatur dioecesis primatis. Si ultra numeres syndos multarum dioecesium, occurrit tibi patriarchae. Progredere desique ad tunc oīnqmeēnc syndonum, quae tibi dabit summum pontificem.

FRANCISCVS BOSQVETVS l. d. p. 5.

§. CX.

Vſitatus est in Germania mos ac tritus, vt, v. g. in Os nabrugensi dioecesi, primum lis deducatur in iudicium archidiaconi; deinde appelletur episcopi vicarius, vulgo officia-

48 SECT. III. DE LEGAT. PONT. SUPREM. TRIE.

officialis; tum prouocetur ad metropolitanum, qui est archiepiscopus Colonensis; ad haec, si cui illius displiceat sententia, appellat legatum pontificis, qui Coloniae Vbiorum commoratur; postremo, vbi nec heic vincat caussam, ad supremum pontificale tribunal, rotam vocant, prouocare queat. Vide die Nachricht von der iurisdiction des Officials zu Oßnabrück ap. IO. PAULLVM KRESS. in der Erläuterung des Archi-Diaconal-Wesens, parte II. p. 138.

§. CXI.

Idem iuris esse in dioecesi Hildesieni, perhibet IOACHIMVS BARWARDVS LAVENSTEIN in *historia diplomatica episcopatus Hildesieni* p. 179. sq.

§. CXII.

Par ratio est aliorum episcopatum Germaniae, in primis Treuirensis archiepiscopatus, in quo duo constituti sunt vicarii, vulgo officiales, quorum alter praefest Treuirensi, alter Confluentino consistorio, a quibus ratione causarum ecclesiasticarum ad legatum pontificalem, qui Coloniae degit, prouocatur, et ab hoc lis Romanam portatur. IOAN. IACOB. MOSER in dem Staats-Recht des Churfürstlichen Erzstifts Trier capite XIII. §. XXXIII. p. 201. sq.

§. CXIII.

Quum vero Germanici antistites duplē sustinent personām, alteram tamquam regionum domini, alteram qua praefules; et officiales sunt illorum vicarii: factum inde est, ut officiales praeter cognitionem de disceptationibus ecclesiasticis sibi sumserint facultatem iudicandi de reliquis caussis ciuilibus. Quapropter vicarius praefulis Leonensis, Monasteriensis, Colonensis aliquique vna cum regimine prouinciae iurisdictionem exercent ciuilem. GEORG. MELCHIOR DE LVDOLF de *iurisdictione officialium in caussis ciuilibus* volumine I. obseruationum forenum p. 323.

§. CXIII.

§. CXIII.

Ex quo deinde tot incommoda tamquam ex equo Troiano in rempublicam germanicam redundarunt. Si quidem litigantes coram vicarii tribunali in caussa plane ciuili ansam arripuerunt appellandi legatum pontificis.

§. CXV.

Propterea supremum imperii tribunal Wezlariense perquam moleste fert, si quis in controuersia ciuili prouocet a praefulis Leodiensis vel Monasteriensis vicario, ad Colonensis antistitis vicarium, vulgo officialem. G E O R G . M E L C H I O R D E L V D O L F *de iurisdictione officialium in caussis ciuilibus* aphorismo XVI. p. 361. Inde tamen factum, vt Colonensis vicarius persuaderet praefuli Colonensi, cameram imperii obstarre atque officere iuribus eius metropoliticis, prout patet e litteris, quas antistes ille ad camerae iudicium et ad iudicem camerae anno C I O I O CC XXIII. perscripsit, L V D O L F . c. l. p. 372 - 378.

§. CXVI.

Nemo non videt, vicarium Coloniensem, dilatando fines iurium archiepiscopi metropoliticorum, vehementer minuere auctoritatem Germaniae, et libertatem ecclesiarum Germanicarum frangere, et leges imperii principales conuellere, perrumpere infirmareque.

§. CXVII.

Sapientissime igitur egit et honorem regni Germanici feliciter curauit Franciscus Ludouicus, quondam antistes Treuirensis, dum anno C I O I O CC XVIII. prohibuit vicarios suos, ne de caussis ciuilibus cognoscerent. I O . I A C O B V S M O S E R d. l. p. 202. Non video itaque qua ratione I O . A D E L in dissertatione *de iurisdictione* §. XII. vicariis antistitis Treuirensis vindicauerit ius citandi eos, qui proxime parent caesari, immedios vocant, et potestatem ei ad-

50 SECT. III. DE LEGAT. PONT. SUPREM. TRIB.

scriperit, propter caussas ciuiles eos hodierno die remorandi et retinendi, vulgo arresto constringendi.

§. CXVIII.

Quo autem eo rectius intelligas, quid illis, qui sacris addicti sunt Romanensibus, notent caussae ecclesiasticae et ciuiles, velim, scias, ab eis caussas ecclesiasticas sic distingui, ut primum aliae sint sacrae, vulgo mere spirituales ex sua natura, aliae deinde ex his pendentes, postremo aliae mixtae, quae profanum aliquid sacro habent annexum.

§. CXVIII.

In illarum, quae sacrae sunt, numerum referunt, quae de fide Christiana, mysteriis vulgo sacramentis, eorum administratione agunt, et circa ecclesias denique et caerimonias ecclesiasticas versantur. Hinc crimina, in quibus homines pestiferis opinionibus corrupti haerent, qui scelerata lingua deuin sanctosue lacebunt, item iura matriuonii rebus sacri fori adnumerant.

§. CXX.

Caussae, quae ex sacris pendent, quae v. g. ex matrimonio contrahendo vel contracto oriuntur, quales sunt lites de diuortiis, saevitia, stupro, agnitione partus, summa dotis, item, si dubitatio assertur: an quis ex legitimo toro sit procreatus? Huc pariter referunt violationes, spoliations templorum, sacrilegia, usuras et eiusmodi criminia ecclesiastica sive a laicis sive a clericis suscepta.

§. CXXI.

In grege caussarum mixti fori adnumerantur lites de beneficiis, iure patronatus, fundationibus, decimis maioribus, minoribus et noualibus, tum in possessorio tum in petitorio. A mixti fori controuerxiis non seiuncta esse existimant omnia iura, seruitutes, redditus et fructus quoscunque ecclesiasticos, item testamenta et legata ad pias caussas. Lites clericorum cum reales tum personales tum crimi-



criminales his adnumerant, item disceptationes de iniuriis, quibus clerici a laicis afficiuntur; porro lites viduarum et miserabilium personarum atque eorum, quibus iure experiundi potestas fuit denegata, denique illorum, qui foro suo renuntiauerunt, et iurisdictionem prorogauerunt ecclesiasticam. Vide *constitutiones synodales episcopatus Constantiensis*, quae anno 1510 c. VIII. sunt promulgatae, apud IO. IACOBVM MOSERVUM in dem *Staats-Recht des Fürstl. Hoch-Stifts Costanz*, capite VIII. §. VIII. et X. p. 115. sq. adde MARTINVM SCHRADERVM de caussis fori ecclesiastici.

§. CXXII.

Illud permagnam difficultatem habere videtur, quae-nam sint mixti fori caussae? Aiunt quidem, eas in hoc numero esse ponendas, quae inter caussas sacras et profanas sunt mediae, adeoque disceptari queant tum a iudice ordinis sacri, tum a magistratu ciuili. Cuius rei fundamentum in eo ponunt, quoniam tales caussae earum sint qualitatum, ut profani quidpiam in eas adhaeresceret, quamvis generatim sint sacrae. Sic vbi de opinione, a vera Christianorum doctrina aberrante, haeresin vocant, disceptatur, tunc causa est sacra, quum vero de multatione puniendoque maleficio agitur, res erit fori mixti. Quocirca pleraque crimina, v. g. quando Deus scelesta lingua fuit laceffitus, fortilegium, sacrilegium, haeresis, perjurium, usura, falsum circa litteras pontificales admissum, concubinatus, fornicatio quando ad poenam agitur, mixti habentur fori. FRANCISCVS SCHMIER in *iurisprudentia canonico-pontificia libro II. tractatu I. capite III. sectione III. p. 68.* LUDOVICVS ENGEL d. l. libro II. titulo II. n. 75.

§. CXXIII.

In numero caussarum ciuilium testamenta, quibus pia legata continentur, ponit concilium Tridentinum sessione XXII. de reformatio-ne, capite VIII. item caussas sacras, qua-

52 SECT. III. DE LEGAT. PONT. SUPREM. TRIB.

tenus in illis de facto tantummodo litigium est ; ROBERTVS KOENIG in *principiis iuris canonici* libro II. titulo I. n. 58. Deinde ratione iurisitandi fluctus in simpulo excitant : an videlicet sit res mixti fori ? Affirmantque eo casu, quo de fide et iureiurando vel obseruando vel negligendo agitur, FRANC. SCHMIER d. l. n. 86. Item si quaestio est de iure patronatus : num sit fundi accessio, annexumue praedio ? respondent esse controuersiam mixti fori. Pariter quaerunt : vtrum restitutio in integrum, quam rogatiudicem ecclesia cum laico ius experiendi gratia, sit causa fori mixti ? quod complures affirmant, multi vero negant, quos FRANCISCVS SCHMIER n. 93. sqq. enumerat, ipseque ab affirmantium parte se stare, enuntiauit.

§. CXXIII.

Probe etiam obseruandum erit, lites ordinis sacri clientelares in numerum caussarum fori mixti referri non posse, siquidem ipse pontifex iussit, clero vasallo actionem intendi coram iudicio domini saecularis, cap. 6. X. *de foro competenti.*

§. CXXV.

Valde interea conduceret, si dubia, quae de foro legitimo, vulgo competente, et de qualitate controuersiarum, inscite interdum et inficete ac inepte mouentur, regni constitutione e medio tollerentur. Quin immo satius esset, et libertati ecclesiarum Germanicarum valde expediret, si dogmata, quae de mixti fori rebus excogitauit ordo sacer, adeoque nullo fundamento sunt nixa, abrogarentur.

§. CXXVI.

Peruidit hoc iam elector Brandenburgicus, quum Galliae rex vellet, ut lis, quam dux Aurelianensis Neoburgico propter Palatinatum inferebat, anno 1510 CLXXXVIII. ad pontificis arbitrium reuocetur. Nam elector id haud ferendum censebat, praesertim, quum florente quam maxime

me pontificali dominatu in numerum querelarum imperii iam relatum fuisset, tales caussas ad pontificis subsellia attrahi. SAMUEL DE PUFENDORF *de rebus gestis Friderici Wilhelmi magni electoris Brandenburgici* libro XVIII. §. XV. p. 1230.

§. CXXVII.

Supereft, vt duobus verbis de tribunal legati pontificalis dicam, quod vulgo nuntiaturam generalem vocant, vbi auctoritates, protocolla nominantur, et cuncta, quae ibi peraguntur, sermone latino conserbuntur. Caussae, quae ibi tractantur sunt vel primi fori, vulgo simplicis querelae, vel appellationis. Legatus sibi iure peritum deligere solet, cui auditor nomen est. Designantur quidam scribae, vulgo notarii nuntiaturae. Legatus in principio libelli compellatur : *illusterrime ac reverendissime Domine (cum potestate legari de latere) nuntie apostolice.* Faciam, vt legas hic sententiam, quam is, quem legatus, qui Coloniae commoratur, in locum suum substituit, anno CICCISSIMO XXIII.

pronuntiauit :

Ioannes Carolus Antonellus I. V. D. protonotarius apostolicus S. nunciaturae ad tractum Rheni et partes inferioris Germaniae auditor generalis caussae seu caussarum ac partium infra scriptarum iudex commissarius ab illusterrimo et reverendissimo domino nuncio apostolico specialiter deputatus. Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes per hanc nostram definituam sententiam, quando iurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa et causis quae coram nobis in prima ceu alia veriori versae fuerunt et vertuntur instantia inter illusterrimum capitulum cathedralis ecclesiae Osnabrugensis ex una et reverendissimum D. officiale curiae episcopalibus ibidem ex altera partibus de et super manutentione in possessione cognoscendi autoritate ordinaria litis instantia causas R. R. D. D. canonicorum, vicariorum, caeterorumque appositorum praefatae cathedralis ecclesiae rebusque aliis in actis deductis dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus et declaramus, dictum reverendissimum D. officiale manutenendum, defendendum et conseruandum fore et esse, prout manutenemus, defendimus et

54 SECT. III. DE LEGAT. PONT. SUPREM. TRIE.

conseruamus, et manuteneri, defendi ac conseruari mandamus in quieta et pacifica possessione cognoscendi in dicta prima litis instantia autoritate ordinaria praetactas causas reuerendissimorum dominorum canonicorum, vicariorum caeterorumque appositorum cathedralis ecclesiae Osnabrugensis et quodcumque mandatum de manutenendo desuper necessarium et opportunum decernendum fore et esse, prout decernimus et relaxamus partemque vietam victrii in expensis condemnamus, quarum taxationem in posterum de iure reseruamus, et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac definitiue sententiam non solum praemisso sed et omni alio meliori modo. datum Coloniae i. Septembris 1724.

Ita pronunciaui Ego Ioannes Carolus Antonellus auditor generalis nunciaturae et iudex commissarius.

Vide IO. PAVLLI KRESSII rechtbegruendete vollstaendige Erleuterung des archidiaconal-Wesens parte II. p. 138.

§. CXXVIII.

Formam edictorum siue mandatorum, quae legatus ratione controuersiarum edicere solet, discere poteris e tomo XI. der Europaeischen Staats-Cantzelley ANTONII FABRI p. 90. sqq.

Nomine suo praemisso edicere solet legatus v. g. tamquam sacrae sedis apostolicae ad tractum Rheni aliasque inferioris Germaniae partes cum potestate legati de latere nuncius et iudex caussae seu caussarum ac partium infra scriptarum.

Huiusmodi editio ita subscribi solet : „de mandato illustrissimi et reuerendissimi domini mei archiepiscopi et iudicis apostolici supra memorati N. N. nunciaturae Colonensis caussarum notarius subscriptis. „

§. CXXVIII.

Qua ratione olim controuersiae Germanorum a pontifice eiusque legatis pertractatae fuerint, docet tomus II. reliquiarum MSC. omnis aevi diplomatum IO. PETRI DE LVDEWIG p. 201 - 208. et p. 317 - 329. Adde CAROLI MEICHELBECKII tomum II. historiae Frisingensis, parte II. p. 35 - 39.

§. CXXX.

§. CXXX.

Auctoritatem, quam pontifex legato facere solet, obseruante FRANCISCO ZYPAEO in iure pontificio novo *seue analytica postremi iuris ecclesiastici enarratione*, libro I. titulo *de officio delegati et speciatim quidem de officio legati* p. 47. 48. tomii I. operum eius, ita se plerumque habet:

„Ut scilicet legato potestas sit data I. Quaevis loca sacra etiam regularia, et mendicantium visitandi, corrigendi, mutandi per se vel per alium II. contra inobedientes, saltarios, usurarios, raptores, incendiarios, et quoscumque criminosos etiam exemptos procedendi, puniendi. III. Causas et appellations committendi, etiam de plano et sine strepitu. IIII. Poenas etiam pecuniarias statuendi. V. Iuramentum ad effectum dumtaxat agendi, relaxandi. VI. a quibusuis censuris et poenis simpliciter vel ad cautelam absoluendi. VII. ab homicidio non voluntario, a periurio absoluendi, ab adulterio, incestu, fornicatione, VIII. et usurarios excommunicatos in utroque foro VIII. simplicia beneficia in parochialibus conferendi, X. dummodo fructus et distributiones xxiiii. ducatos de camera non excedant secundum communem aestimationem, XI. super publica honestate, etiam in contractu, et prole suscepta dispensandi, dummodo mulier raptana non fuerit. XII. Prolem suscepitam et suscipiendam legitimandi. XIII. Bona Ecclesiastica in emphyteusi trium generationum quinque ducatis annuis grauandi, et grauata confirmandi, quae grauandi concessio committenda duobus coniunctum seruata Const. Pauli P. P. II. XIII. literas monitoriales et significauit dandi XV. Indulgentias concedendi C. aut plurimum dierum citra annum, et in una vel duabus festiuitatibus septem annos, totidemque quadragenias ad quinquennium XVI. tempore interdicti celebrari permittendi, ianuis clausis, et interdictis exclusis. XVII. super esu carnium, et lacticiniorum dispensandi XVIII. In partibus haereticorum unum vel plures vicarios deputandi, ubi episcopi facultates exercere non possint, cum potestate loca exempta visitandi, corrigendi. XVIII. fructus bonorum ecclesiasticorum et ipsa beneficia et bona Ecclesiae a raptoribus restituta ad valorem mille scutorum in pios usus applicandi. XX. ut catholici conducant bona ecclesiastica, et non teneantur ad restitutionem. XXI. Super matrimonio apud haereticos contracto dispensandi, sed de novo contrahant. XXII. Muliere lapsa in haeresin cum viro

„viro dispensandi, vt cum eo in matrimonio maneat, prolem legi-
 „timam declarando. XXIII. dispensandi super quarto simplici, ter-
 „tio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradibus. XXIII. Pro-
 „lem legitimandi, XXV. altare portatile concedendi, XXVI. di-
 „spensandi super defectu natalium ad ordines sacros, modo spurii
 „non sint imitatores parentum, eosdemque habilitandi ad benefi-
 „cia, etiam canonicatus cathed. et in collegiata ad dignitates
 „etiam primarias. XXVII. A simonia absoluendi in collegialibus
 „et parochialibus beneficiis. XXVIII. dispensandi super cognatio-
 „ne spirituali. XXVIII. fructus simoniace perceptos in pios usus
 „applicandi vel remittendi. Generatim tamen nuntiis praescribi-
 „tur, vt procedant sine praeiudicio ordinariorum, et non deroga-
 „gent concil. Tridentino. Residere autem intra commissam pro-
 „vinciam iubentur, aut si aliquanto tempore abesse debeant, con-
 „suetos officiales cum debitiss salaryis relinquere. Leo X. in Conc.
 „Lat. P. M. S. dec. h. t.

§. CXXXI.

Quod ad tribunal pontificis supremum attinet, vocant illud rotam Romanam, non erit, vt verbosus sim in eo de-
 scribendo, quandoquidem IVSTVS HENNING. BOEH-
 MER in praefatione, quae ornat DAVIDIS MEVII deci-
 siones de hoc iudicio accurate et exquisite egit. Tu etiam
 legere poteris librum, qui inscribitur *tableau de la Cour de Rome* parte IIII. capite IIII. p. 247. sqq. in primis IOANN.
 BAPTISTAE cardinalis de LVCA relationem Romanae cu-
 riae forensis discursu XXXII. tomo III. operum p. 94-113.
 et MAXIMILIANVM MISSON p. 939. sq. der Reise nach Italien.

§. CXXXII.

Faciam, vt legas, quae hic de illo commentatus est
 tribunali :

Ferner kan man auch öffentlich hören, wie der Auditor von der Rota, und die Referendarii von denen beyden signaturen, von den Advocaten der streitenden Partheyen, informiret werden. Die Rota hat ihren Namen von denienigen zwölff Tafeln, woran die zwölff Auditores derselben sitzen, and

und welche als ein Stern formiret, so daß ein ieder Auditor allein sitzet, und von den andern abgesondert ist. Dieses ist das höchste Gericht in Rom, und gleichsam das Päpstliche Parlament. Es bestehet selbiges aus zwölff Prälaten, unter denen ein Teutscher, ein Franzos, und zwey Spanier seyn müssen, welche von dem Kayser und gedachten Cronen ernannt werden; die übrige acht seynd Italiener, und darunter drey aus Rom, einer von Bononien, einer von Ferrara, einer von Venedig, einer von Meyland, und einer aus Toscana, gebürtig. Ein ieder Auditor in diesem Gericht hat vier Notarien unter sich, und der älteste Auditor vertritt die Stelle des Presidenten. Alle Mon- und Freytag versammeln sie sich in dem Apostolischen Palast, wovon iedoch die Zeit der gewöhnlichen Vacanz ausgenommen ist; wann aber der Pabst sich in dem Palast des Quirinal aufhält, so kommen sie in der Canzley zusammen, und hat ieder ungefehr 1000. Scudi jährlichen Einkommens. An diese Rota appelliren alle Einwohner des ganzen Kirchen-Staats, welche sich in ihren bey den niedrigen Gerichten empfangenen Vrtheilen grauiret zu seyn erachten, und so ferne man sich eines guten Vrtheils geträwten will, muß man drey gleich-lautende Sentenzen, als eine von den vier ersten Auditoren, die andere von den vier folgenden, und die dritte von denen vier letzten haben. Hiernechst wird ein Proceß nicht auf einmahl und zugleich von ihnen ausgemacht, sondern sie geben so viel Vrtheile, welche sie decisionen nennen, als strittige Punkte in dem Proceß seynd. „Iedoch kan man nach allen diesen erhaltenen Sentenzen seine Sachen in der so genannten signatura gratiae „von dem Pabst selbst noch übersehen lassen, welches in Form „einer supplication geschiehet.“

„In dem Monat Iulio, und zwar in der ersten Woche, „fängt die Vacanz dieses Gerichts an, da dann die Glieder „derselben, nach der letzten Sitzung in dem Apostolischen Pa- „last, von dem Pabst bey einem Mittags-Mahl herrlich traci- „ret werden, und empfängt ein ieder von demselben hundert

„Kronen in Gold, der ælteste oder Præsident aber zwey hundert Kronen. Wann nun diese Vacanz den zweyten October ein Ende nimmet, so wird die Rota wieder mit großer Pracht eröffnet, indem die zwey jüngsten Auditores in ihrem sollempnen Habit auff Maul-Eseln nach dem Ort ihrer Versammlung reiten, denen eine anselbliche Cavalcade nachfolget, wozu alle Cardinæle, Ambassadeurs und Printzen, zwey von ihren Edelleuten mit denen besten Pferden schicken, wobey sich auch viele Advocaten, Notarien, Procuratores und andere Practici zu Pferde einfinden. Die andern Auditores seynd alsdenn schon in ihren Carosßen nach dem Palast gefahren, und wenn sie nun alle beyssammen, so that der jüngste Auditor eine Rede in Lateinscher Sprache, dergleichen an andern Orten gewöhnlich ist, wann ein Parlament eröffnet wird. Ein ieder von diesen Auditoren hat die Gewalt, daß er alle dieienigen zu Doctoren in beyden Rechten machen kan, welche er tüchtig dazu befindet.

§. CXXXIII.

Controuersiae quae hic disceptantur et diuidicantur, verbis utar DE LUCA l. d. num. 4. 59. lqq. p. 102. sqq. eo potissimum redeunt:

„Alia vero, inquit, explicare consuevit (pontifex) in capella sive in camera, cum ope, et consilio suorum cappellano- rum (quales proprie rotæ auditores appellantur) attributo quoque antiquitus alio magis frequenti nomine auditorum S. palatii apostolici, ex eo quod priusquam congregarentur in con pectu papæ, ipsumque de causarum statu, ac meritis informarent, atque votum seu consilium praeberent; partes in eodem palatio apostolico audiebant; atque ad tollendas confusiones, quodque quilibet sciret, quas causas relatus esset, consuevit idem papa supplicationes, quae illi porrigebantur, singulis cappellanis vel auditoribus distribuere, seu causas pro compilatione processus delegare, tanquam per speciem, ut dictum est,

„est, distributionis. Atque hinc manat practica, et rece-
 „pta propositio, quod singuli auditores dicantur iudices
 „delegati, non autem ordinarii, vtpote ex sibi directis
 „commissionibus delegatam iurisdictionem habentes, at-
 „que iure delegati, non autem ordinarii iudicis metiendi,
 „ipsa vero rota seu ipsum tribunal, in vniuersum, vtpote
 „repraesentantium praefatae cappellae seu aulae pontificiae,
 „ordinariam habet iurisdictionem, atque iudicis ordinarii
 „iure censetur, habituali iurisdictione et competentia pe-
 „nes omnes existente.

Et quibusdam interiectis ita pergit : „Istud tribunal,
 „in illis causis, quae in prima instantia agantur in vrbe, in
 „tribunali auditoris camerae, et in illo vicarii, aut coram
 „aliis iudicibus ei subordinatis, est iudex appellationis, in
 „causis tamen graibus ; profanis scilicet, quarum valor
 „excedat summam scutorum quingentorum ; beneficiali-
 „bus autem, quando beneficium excedat valorem viginti
 „quatuor ducatorum ; sive vbi agatur de prima dignitate ;
 „et quandoque cognoscit etiam causas in prima instantia,
 „vel ex partium consensu, vel ob commissiones, quae ob-
 „tineri solent ex remedio diffamationis, quod in curia ia-
 „stitutionum dicitur, vel quia sint causae graues, quae ad
 „sensem eiusdem concilii Tridentini, etiam in prima in-
 „stantia, curiales esse debeant. Extra vero curiam in gra-
 „du appellationis a sententiis legatorum, et nuntiorum apo-
 „stolicorum, ac etiam praefidum et gubernatorum, sive ab
 „illis ordinariorum, et metropolitanorum, aliorumque
 „praelatorum ; et praesertim ab vtroque consilio, ordina-
 „rio, et completo Hierosolymitanae religionis, cognoscit
 „quoque in secunda instantia ; dummodo pariter agatur
 „de causis graibus, vt supra, ad appellantis arbitrium ;
 „pro frequentiori autem stylo, causae appellationis a sen-
 „tentiis de partibus introducuntur, in tribunali auditoris,
 „camerae, a quo deinde gradatim transeunt ad rotam. Co-
 „gnoscit itaque istud tribunal causas vtriusque fori ; ecclesia-

„stici scilicet per vniuersum orbem catholicum, tamquam
 „tribunal papae vti papae, et episcopi ecclesiae vniuersalis;
 „et fori temporalis tamquam tribunal principis temporalis
 „status ecclesiastici immediati, qui ex notabili Italiae parte
 „constituitur; ac etiam ex statu Auenionensi et ex comi-
 „statu Venafrino in Gallia, quorum causas graues quoque,
 „ex commissione eorum legati, et quandoque etiam pa-
 „pae, cognoscere solet; ciuiles tamen, non autem crimi-
 „nales, in quibus se non ingerit *Conf. 44. Pii III. et conf.*
 „*70. Pauli V. super reformatione tribunalium.* Antiquiori
 „autem tempore, maior erat numerus causarum spiritua-
 „lium seu ecclesiasticarum, quam profanarum, ex ea ra-
 „tione quod illae de prima specie pertinent ad vniuersum
 „orbem; de altera vero ad hunc solum principatum tem-
 „poralem ecclesiae; moderno vero tempore, longe ma-
 „jor est numerus causarum profanarum, sed tempora-
 „lium urbis et status ecclesiastici, ac etiam earum, quas ac-
 „cidentaliter forus ecclesiasticus producit ratione clerico-
 „rum, aliarumque personarum ecclesiasticarum, quanvis
 „de sui natura profanae sint; spiritualium etenim causa-
 „rum notabilem diminutionem, plura accidentia produxe-
 „runt. Primo nempe plurimum alias catholicarum regio-
 „num infectio ab haereti vel schismate; secundo aliquo-
 „rum principum politicae prouisiones, ne extra eorum di-
 „tionem, cause trahantur; tertio quod beneficialis mate-
 „ria, antiquiori tempore obscura, hodie nimium explana-
 „ta est; et quarto fortius, erectiones tot congregationum
 „praesertim concilii Tridentini, et rituum, ac etiam epi-
 „scoporum, et regularium et ecclesiasticae inimunitatis,
 „quae summarie, et extra iudiciale multas decidunt cau-
 „sas, prius in rota in forma iudiciale disputari solita; vn-
 „de propterea, ut decisionum totalium, mearumque ad-
 „notationum lectura docet, omnium minor est pars cau-
 „sarum spiritualium, quae forensi more tractentur. Hinc
 „etudenter quoque elucet, eiusdem ignari vulgi exteri,
 „vere

„vere irrisione digna ineptia, quae stultitiae, vel satuitatis
 „speciem redolet, opinandi scilicet, quod rota et curia Ro-
 „mana solum, ecclesiastica et spiritualia negotia tractet,
 „non autem saecularia, ideoque eius professores nullam,
 „vel modicam habeant ciuilis facultatis peritiam; dum
 „non reflectunt ad negotia saecularia ipsius Romanae ciui-
 „tatis, quae omnium forte ciuitatum Europae est ditior, ac
 „alia quae producit adeo considerabilis principatus saecu-
 „laris, qui plures habet conspicuas ciuitates, et dioceses
 „magnarum, et grauium litium productiuas; inter quas
 „praesertim magnum occupat locum ciuitas Bononiensis;
 „ultra alias cauas saeculares, quas vniuersus orbis catho-
 „licus transmittit ratione fori ecclesiastici. Atque, vt di-
 „ctum est, ad hanc stultitiam conuincendam sufficit vide-
 „re rotae decisiones; nec non metiendo ex vngue leo-
 „nem, ponderare quot feudales regales, fidei commissa-
 „rios, aliasque mere saeculares materias, et causas egerim
 „ego solus inter curiae professores minimus, qui nimium
 „tarde ad curiam accessii, cum tamen ea pars, quae publi-
 „cae luci edita est, vix ad dimidiā ascendat; adeo vt,
 „qui calculos faciendi, et peraequandi curam assumeret,
 „vtique inueniret, quod maiora tractet, ac expeditat nego-
 „tia curia Romana, praesertim per organum sacrarum con-
 „gregationum, in mense, quam quodlibet magnum tribu-
 „nal in anno.

S. CXXXIII.

Formula sententiarum, quas pronuntiare solet supre-
mum pontificis tribunal, rotam vocant, haec est:

„Christi nomine inuocato.

„Pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis ha-
 „bentes per hanc nostram definitiūam sententiam, quam de
 „dominorum nostrorum coauditorum confilio pariter et
 „assensu in his scriptis ferimus in caussa et caussis, quae pri-
 „mo et in prima coram eminentissimo et reuerendissimo

„D. cardinali della Tremoille, tunc in nostro sacro auditio-
„torio sedente, et postea coram reuerendissimo D. Molli-
„nes decano eidem subrogato; secundo et in secunda co-
„ram R. P. D. Ansaldo. Tertio et in tertia coram bonae
„memoriae R. P. Caffarello, et hodie coram nobis in eius
„locum subrogatis, versae fuerunt et vertuntur instantia
„inter celsissimum et reuerendissimum D. episcopum et
„principem Herbipolensem actorem appellatorem ex vna,
„et celsissimum et reuerendissimum D. abbatem et princi-
„pem Fulensem reum conuentum appellatum partibus ex
„altera, de et super confirmatione vel confirmatione senten-
„tiae rotalis in praecedenti instantia per R. P. D. Ansaldum
„nostris tribunalis coauditorem latae super iurisdictione
„quasi episcopali et territorio separato competen. dicto
„celssissimo et reuerendissimo domino abbatii in omnibus
„ciuitatibus, oppidis, terris, et locis, atque in vniuersum
„clerum et populum suae ditionis Fulensis tamquam praef-
„lato nullius, nec non super absolutione eiusdem a mole-
„stationibus et impeditis per praedictum celsissimum et re-
„uerendissimum D. episcopum Herbipolensem, rebusque
„aliis etc. dicimus, pronunciamus, decernimus, declara-
„mus, ac diffinitive sententiamus, ad formam decisionis
„super praescriptiua coram supradicto bonae memoriae
„R. P. Caffarello sub die XV. Iunii proxime praeteriti ema-
„natae, bene fuisse, et esse pronunciatum, sententiatum,
„iudicatum in praecedenti instantia per dictum R. P. D.
„Ansaldum, et male per ipsum celsissimum et reuerendis-
„simum Dominum episcopum Herbipolensem fuisse et es-
„se prouocatum, et appellatum, ideoque eamdem senten-
„tiam R. P. D. Ansaldi ad formam praefatae decisionis, fo-
„re et esse confirmandam et approbandam, prout confir-
„mamus et approbamus, et pro confirmata atque appro-
„bata haberi volumus et mandamus, perpetuumque silen-
„tium super praemissis dicto celsissimo et reuerendissimo
„domino episcopo Herbipolensi imponendum fore, et esse,
„prout

„prout imponimus, victumque victori in expensis con-
„demnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure
„impostorum reseruamus et ita dicimus, pronunciamus, ac
„definitiue sententiamus non solum praemisso, sed et omni
„alio meliori modo etc.

*,Ita pronunciaui ALOYSIVS PRIOLVS sacrae rotae
„auditor, et index commissarius.*

„Romae apud S. Petrum in palatio causarum apostolico,
„in quo quidem iura reddi solent, et causae partium audi-
„ri confuerunt, mane hora audientiae causarum con-
„sueta, sub anno a nativitate D. N. Iesu Christi millesimo
„septingentesimo duodecimo indict. V. die vero XV. men-
„sis Aprilis pontificat. autem sanctissimi domini nostri do-
„mini Clementis diuina prouidentia P. P. XI. anno eius
„duodecimo.

Duas duorum iudicium antecedentium anno ccccccvi,
et cccccc x. latae de eadem re sententias foras edidit 10.
FRIDERICVS SCHANNAT p.401. sq. dioeceseos et hierar-
chiae Fuldenfis.

§. CXXXV.

Quoniam pontifex, et, qui partes eius agunt, vicem-
que supplent, legati sibi aliisque persuadebant, cunctarum
rerum arbitrium ad se pertinere (§. V. CI.), eo fecerunt, ut
de caussis quoque ciuilibus sententias tulerint, et, appellan-
tibus eos, ius dixerint. Cui perspectum est atque cogniti-
tum studium pontificis eiusque affeclarum proferendi fi-
nes imperii sui; ille deprehendet, dogma istud de con-
trouerbiis fori mixti (§ CXXI. sq.) valde accommodatum
esse proposito pontificali.

§. CXXXVI.

Atqui et libertatis et honoris Germaniae intererat, ne
caussae ipsius ex arbitrio pontificis eiusque legatorum
penderent, ideo primo in legum formula, quam Ferdi-
nando III. oblatam nouimus anno ccccliii. fuit cau-
tum

tum atque sanctum capite XVII. Etenim superiori aetate in pactis, quae nouis imperatoribus describuntur, quibusque se staturos inuiolate recipere debent, hac de re constitutum erat nihil.

Gleicher gestalt wollen wir auch etlicher Orten eingerissene Missbrüeche dadurch die causae civiles von ihrem ordentlichen Gericht, im Heil. Reich ab, und außer dasselbe, ad numerios apostolicos, und wohl gar ad curiam Romanam, gezogen werden, abschaffen, vernichten, und ernstlich verbieten; auch unserm Kayserl. Fiscalm, so wohl bey unserm Kaiserl. Reichs-Hoff-Rath, als Cammer-Gericht, anbefehlen, wider dieienigen, so wol Partheyen, als Aduocaten, Procuratoern und Notarien, die sich hinfür dergleichen animassen, und darin einiger gestalt gebrauchen lassen würden, mit behäriger Anklaage Amts wegen zu verfahren, damit die Vbertretter dem næchsten gebührend angesehen, und bestrafft werden mögen.

§. CXXXVII.

Imperator et ordines, anno CIO IO CL IIII. in regni conuentu sollemniter congregati, diligentissime iterum sanxerunt, vt Germani ab eiusmodi appellationibus libidines suas cohiberent. Verba constitutionis imperatoriaie §. CLXIII. ita habent :

Als sich dann auch die Stände zum höchsten beschwehrt, daß in den Ertz- und Stifttern Cölln, Lüttig und Münster, wie auch andern Orten des Reichs, allerhand Missbrauch, wegen Vornehmung der Appellationen und Recursen von den Officilibus ad Pontificem und die Nuntios entstehen, indem man sich derselben fast von allen Vrtheilen ohne Vnterscheid, es betreffe gleich Ciuil- oder Prophan-Sachen bedient, die Iurisdictiones wieder die Ordnung confundirt, die Ciuil-Sachen außerhalb des Reichs zu fremden Gerichten gezogen, und die Partheyen, mit Verspielung vieler Zeit und Vnkosten, umgetrieben werden; dhabero erfolgt, daß nicht allein viel Mandat-Process de cassando, entspringen, sondern die Nuntii vielma-

len

len durch Gegen-Mandata cassatoria den Partheyen, die Cammer-Gerichtliche Verbott aufzuheben, bey starcker Geld-Pæn, oder geistlicher Censur anzubefehlen pflegen: Vnd Vns dann Chur-Fürsten und Stände, und der abwesenden Ræhte und Gesandten, um Abstellung dergleichen, zu Abruch und Schmälerung Vnserer und des Heiligen Reichs Hobeit, auch Confusion der Iurisdictionen gereichender unordentlichen nach-theiligen Proceduren, durch bequeme thunliche Mittel, der Gebühr ersuchen; So wollen wir (in Erinnerung, was auch dieser Sachen halber bereits im Iahr 1548. den 3ten Octobris, von Weyland Vnserm geliebten Verfahren am Reich Kayser Carl dem fünfften an die Stände des Reichs vor Rescripta und Mandata de non euocando ergangen) an den Pæbstlichen Stuhl zu Rom hierin die Nothdurft dahin beweglich gelangen lassen, damit den Nuntiis dergleichen ohnzulässiges Verfahren im Reich, und über dessen Glieder und Vnterthanen, mit Ernst verbotten, und färterts nicht mehr gestattet, und da dagegen ichtwas attentirt oder gehandelt würde, solches keine Krafft haben, sondern wiederum cassirt, aufgehoben, auch insgemein die Euocationes vor fremde Gerichte und ausserhalb des Reichs (wie sie dann ohne das bey Vnserm Reichs-Hoff-Raht und Cammer-Gericht nicht geachtet) keineswegs zugelassen: auch im übrigen dasienige, was die Stände wegen der Nuntiorum Absolutionen a Iuramentis, und daß dergleichen Relaxationes in den Gerichten, sie geschehen dann von dem ordentlichen Richter, ad effectum agendi nicht zu attiren seyn sollen, hierbey erinnert, beobachten.

§. CXXXVIII.

Viam huic sanctioni patefecerat supremum tribunal Spirense, quod de iudiciorum Germanicorum prauitatibus consultum, inter alia die VI. Junii anno CICLXXXXIII. haec, quae statim insequuntur caesari et regni ordinibus significauit: Endlich und pro coronide, haben propter communne interesse Imperii unsere Schuldigkeit erachtet, zu berichten,

66 SECT. III. DE LEGAT. PONT. SUPREM. TRIE.

ten, daß bey den LÜTTICHISCHEN PROCESSEN ein sehr großer Missbrauch in Recursu ab officiali ad Pontificem, illiusque Legatos, seu Nuntios Apostolicos vorlauffet. indemne man fast von allen Vrtheilen indifferenter, es treffe gleich Civil- oder Prophan-Sachen, dahin prouocirt, Iurisdictiones wieder die Ordnung confundirt, und die Civil-Sachen exira Imperium zu fremden Gerichten ziehet, die Indices auch unter dem Schein, quod pium sit causas, quas ipsi pro liquidis et claris habent, executioni mandare, iezurweilen durchfahren, daraus nicht allein viel Mandat-Process de cassando; sondern auch dieses verursachet wird, wie dann auch die Nuntii vielmals contraria mandata cassatoria, in welchen sie denen Partheyen, die Cammergerichtliche Gebot zu cassiren, bey starcker Geld-Poen oder geistlichen Censur und excommunicacionen anbefohlen, ertheilen, also unsers Ermessens nicht un-dienlich seyn wolte, da auch hierinn gute Vorsehung geschehen, und ein gewisser modus prescribit werden könnte, so ohne Maßgebung dergestalt füglich bescheben könnte, wann Ihro Kayserl. Maiest. den Lüttichern (gleichwie vor diesem tempore Caroli V. sub dato den 4. Octobris 1548. allen Ständen des Reichs die Conseruatio Iurisdictionis Imperii, und daß sie ihren Vnterthanen, an ausländische Iudicia sich ziehen zu lassen, nicht gestatten sollen, ernstlich anbefohlen worden) solche Confusiones Iurisdictionum und unzulässige Pruvocationes hinführō abzustellen, allergnädigst befehlen, benebens auch mit den Ständen gesampter Hand ad summum Pontificem schriftlich gelangen lassen wolten, daß seine Heiligkeit gleichfalls ihren Legatis oder Nunciis Apostolicis dergleichen Lüttichische unverantwortliche Recursus färdershin nicht mehr zu admittiren, demandiren wolten, wo aber deme nicht remedit, sondern zu Verachtung des heil. Reichs Iurisdiction fernier mit dergleichen Vngebühr verfahren würde, daß solches keines weges zu attendiren, sondern in alle Weg, wie ohne das bishero pro conseruanda Iurisdictione Imperii bescheken, zu cassiren und aufzuheben, bevorstehen sollte. IO. GOTTO-
FREDVS

FREDVS DE MEIERN parte II. der Regensburgischen
Reichs-Tags-Handlungen von den Jahren 1653. und 1654. p. 159.

§. CXXXVIII.

Delecti ordinum, Francofurti anno cīcīo cīxxxīii.
congregati, vehementissime comprobabant sententiam tri-
bunalis Spirensis, eamque in primis Austriacus, Boius, Bur-
gundus, Brunsuicensis, Hasslus, Pomeranus et Norimber-
gensis laudabant et ratam habebant. 10. GOTTOFREDVS
DE MEIERN d. l. p. 282. Anno cīcīo cīlīii. suffragium
suum hac de re iterabat Cassellanus, DE MEIERN d. l.
p. 549. Pomerani quoque, Halberstadiensis, Mindenfis et
Velontini adsensione haec res fuit comprobata, DE MEI-
ERN l. d. p. 562. 623.

§. CXXXX.

Et quo maius huic constitutioni accederet robur, idem
legitur iteratum in pactionibus imperatoris Leopoldi capi-
te XVIII. et Iosephi, caesaris Augusti, capite XVIII.

Sanxit de hac re idem imperator Iosephus tum anno
cīcīo cc vii. tum cīcīo cc x., cavitque, ne Leodienses ab
eo, qui vicem supplet praefulsi, officialem vocant, si caus-
uae essent ciuiles, appellarent vel vicarium sive officialem
Coloniensem, vel legatum pontificis, qui Coloniae Vbio-
rum consistere ac commorari solet. In litteris ad praesu-
les Paderbornensem et Monasteriensem vicariumque Co-
loniensem idem imperator anno cīcīo cc vii. mandauit, ne
appellationibus, in ciuilibus controuersiis ad se suscep-
tis, auctoritati imperii damnum facerent.. Eam ob rem ve-
tuit idem caesar, ne quis, ob eiusmodi cauſas ciuiles pro-
uocet ad iudices ecclesiasticos. Litteras, quas dixi, lege-
re poteris et in appendice II. apud GEORG. MELCHIO-
REM DE LVDOLF p. 80 - 104. in *commentatione Systema-
tica de iure camerali*, et in *electis iuriis publici* tomo XVIII.

68 SECT. III. DE LEGAT. PONT. SVPREM. TRIB.

p. 149-173. item apud ANTONIVM FABRVM d. l. tomo XXXV. p. 591-610.

§. CXXXXI.

Quum vero ad vicariorum sive officialium libidinem copia appellationum quotidie glisceret, capite XIII. passionis, qua Caroli VI. caesaris auctoritas fuit definita, hoc de argumento sic iterum fuit sancitum cautumque :

Gleicher gestalt WOLLEN WIR, wenn es sich etwan begäbe, daß die causae ciuiles von ihrem ordentlichen Gericht im heiligen Reich ab und außer dasselbe ad Nuncios Apostolicos, und wohl gar ad curiam Romanam gezogen würden, solches abschaffen, vernichten und ernstlich verbieten, auch VNSEREN Kayserlichen Fiscalen so wohl an VNSEREM Kayserl. Reichs Hoff-Rath als Cammer-Gericht, anbefehlen, wie der dieienige, so wohl Partheyen als Aduocaten, Procuratoren und Notarien, die sich hinfübro dergleichen anmassen, und darinne einiger gestalt gebrauchen lassen würden, mit beßriger Anklag, von Amts wegen zu verfahren, damit die Vberretrete dem nechstens gelührend angesehen und bestrafft werden mögen. Vnd vveiln vorberührter civil-Sachen vwillen zwvischen VNSEREN und des Reichs höchsten Gerichten, sodann Apostolischen Nunciaturen mehrmalige Streit und Irrungen entstanden, indem so ein als anderen Orts, die ab der Officialen Vrtheil beschebene Appellations angenommen, processus erkannt, selbige auch durch allerhand scharffe Mandata, zu gräster Irr- und Beschvverung der Partheyen, zu behaupten gesucht vvorden, vvomit denn diesen vorkommen, und aller Iurisdiccion-Conflict mächtig verhütet vwerden; So WOLLEN WIR daran seyn, daß die causae seculares ab ecclesiasticis rechtlich distinguiret, auch die darunter vorkommende zvveiffelhafte Felle, durch gütliche, mit dem Pæbstlichen Stuhl vornehmende Handlung und Vergleichung erledigt, fort der geist- und uveltlichen Obrigkeit einer ieden ihr Recht und Iudicatur ungestähret gelassen vwerden möge.

§. CXXXXII.

§. CXXXXII.

Ratio huius constitutionis nota est et manifesta. Nam pontifex de caussis ciuilibus Germanorum cogniturus, non est iudex legitimus. Ideo sole est clarus, ratione ciuilium controuersiarum litigantes neque ad pontificem, neque eius legatum prouocare posse. Quumque caussae mixti fori sunt fabula commenticia, quam sacer ordo excogitauit, ad dilatandos iurisdictionis limites, dubium non est, quin caesar et imperium distinctionem inter res mere ecclesiasticas et mixti fori, in contumeliam regni et detrimentum maiestatis imperii inuentam, abrogare queant.

§. CXXXXIII.

Et, quod rerum caput est, ipsorum Germaniae prae-sulum interest, ut hoc dogma antiquetur. Pluris enim aestimandus honor, quo in numero ordinum regni sunt, quam tales, qui subiecti sunt pontifici. Si quis demeret illa, quae antistitibus Germanicis tamquam proceribus regni propria sunt, sua auctoritatis permagnam facerent iacturam, eorumque status sacer plurimum deperderet splendoris. Quibus accedit adhuc, quod ad exemplum Gallorum aliorumque regnorum pro libertate ecclesiae Germanicae laborare, res fit Germano quouis, ne dicam, anti-stite dignissima. Sed de spatio et curriculo deflectere videor, qui gnarus sum, Germanorum obsequium in sacris Romae ita perulgatum esse, ut ibi iam prouerbii locum obtineat, Germaniam esse terram obedientiae pontificalis.

§. CXXXXIII.

Opus erat prouidere legibus publicis, ne libertas Germanorum opprimatur a pontifice eiusque legatis, quorum alter Viennae in Austria, alter Coloniae Agrippinae, alter denique Lucernae commorantur.

§. CXXXXV.

Frequentissimae profecto recentiore aetate erant pro-

70 SECT. III. DE LEGAT. PONT. SUPREM. TRIB.

uocationes ad legatos pontificales. Sic quum anno
CIO CCLXXXVIII. Guilielmus Furstenbergius antistitis Coloniensis esset creatus collega, qui operam subiret vicariam, coadiutorem appellant, Franciscus Ludouicus, Vratislauiensis praeful, Marchio Badensis et Koenigseggius comes rite intercesserunt, ac simul ad legatum pontificis prouocarunt. SAMUEL de PUFENDORF de rebus gestis Friderici Wilhelmi magni, electoris Brandenburgici libro XVIII.
§. LVIII, p. 1533. editionis Berolinensis.

§. CXXXVI.

Porro huc facit supremi tribunalis Spirenſis edictum vulgo mandatum, quod anno CICICLXXVII. edixit, atque inscribitur :

„Mandatum de conseruando iura imperii, nec permittendo,
„contra imperii leges et pragmáticas sanctiones censuris ecclesiasticis grauari subditos imperii, sed cassando, annullando, tollendo et impediendo in posterum omnes recursus apostolicos in ciuilibus et temporalibus causis, nullatenus vero iisdem conniuendo; sub rubro des Kayserlichen General-Fiscats contra Ibro Churfürstliche Durchleucht, wie auch Burgemeister und Rath der Stadt Cöln, die excommunication des Herrn Rensing betreffend. Et deinde: und obwohl nun D. Gerhard Rensing, als ein eingefessener Unterthan des Reichs, da er ab einer, von dem Churfürstlichen Cölnischen official in qualitate eines weltlichen Richters, wie auch in einer notorie ciuil profan- und Schuldforderungs-Sache, ihm zuwieder ausgefallener Urteil sich beschweret befunden, --- an unser Kayserlich Cammer-Gericht, als competens saeculare indicium immediate superius prouociret --- daß gleichwohl --- der in des heiligen Reichs-Stadt Cöln residirende pabylische nuntius, oder dessen seithero ausgewichener auditor, sich angemasset, contra expreßum textum nouissimi recessus imperii, ein cassatorium mandatum sothauer gebührend vorgenommener appellation gegen ermeldten D. Rensing sub communione excommunicationis zu decretiren und auszugeben zu lassen etc. ANTONIVS FABER parte III. der Europäischen Staats-Gantzelley p. 697. sqq.

§. CXXXVII.

§. CXXXXVII.

Aliud mandatum, quum anno CICICLXXX. regimien Bonnense exsecratione deuinctum esset, legitur ibidem p. 707. Deciderat hoc controuersiam, quae versabatur inter heredes Buschmannianos et eum, qui senatus canonorum Siburgensium rem familiarem administrabat, quuni-que ea, quae quotannis ex agris redeunt, non erant ad-ministratori soluta, hic adiit officialem Colonensem, pe-tiuitque ab hoc mandatum, quo inanis atque irrita reddatur lis coram laicis intenta. Accidit etiam, vt ille admini-
strator, suum ius sibi non fuisse tributum, singens, Ro-
manam curiam appellaret. Edixit igitur supremum impe-
rii tribunal Spirense his verbis: „mandatum de curando
„reuocari praetensam declarationem censurarum, et re-
„nuntiari processui rotali, nec non desistendo ab eodem
„sufficienter caueri etc.

§. CXXXXVIII.

Et BVR CARDVS GOTTHELFIVS STRUVIVS ca-
pite XXVIII. §. XXXXI. *corporis iuris publici* p. 1099. au-
ctor est, edixisse Innocentium XI. pontificem anno
CICICLXXXVI. vt a vicario antistitis Colonensis ad lega-
tum suum prouocetur, neutquam vero ad suprema impe-
rii tribunalia.

§. CXXXXVIII.

Quae cum Walthero Counotte, Leodiensi ciue anno
CICICLXXXVIII. et iam ante fuerunt acta, constat in-
ter omnes. Quum enim Ferdinandus Gaen huiusque
coniux Ioanna Nicolas testamentum composuissent, quo
se mutuo et vicissim heredes factitauerant, haec vero prius
obiret diem supremum, quam maritus fato fungeretur;
Waltherus Counotte, quem Ferdinandus Gaen heredem
scriperat, negabat post huius obitum, heredes, quas vxor
scriperat, posse secum vna in hereditate habere partem.
Erant illae Margaretha Sauenay, vxor Ioannis de Hérue, et
Catha-

Catharina Mottet, vidua Andreae Robinet. Hae Counotto actionem intendunt, in iudicio vicarii Leodiensis et victoriam ab illo reportant. Quare Counottius vicarium Coloniensis antistitis appellavit, qui priorem sententiam correxit in melius Counottii, quam emendationem legatus pontificalis, quoniam Catharina Mottet ad hunc prouocauerat, approbavit. Post haec illa curiam adiit Romanam. Quod factum illicitum quum Waltherus Counotte came-rae imperatoriae significauisset; edixit haec, ut exsecutio-ni suam sententiam mandet, quoniam iudicata vicarii Coloniensis vana plane atque futile essent. Permouerunt haec Waltherum Counotte, ut Romam abiret, peteretque a signatura, ut vocant, curiae Romanae, quo haec caussae suae patrocinetur. Properabat haec edicere, ut legatus pontificis cuncta, quae vicarius praesulnis Leodiensis et cam-era imperii peregissent, redigeret ad nihilum. At vero supremum hoc tribunal proscribendum duxit Waltherum Counotte anno CIO IO CL XXXVIII. effecitque, ut hic, aqua et igne interdictus, eiusque consilia fracta in ni-hilum occiderent. ANTONIVS FABER l. c. p. 694. sqq.

§. CL.

Quum itaque leges imperii (§. CXXXVI sqq.) vetant, ne controuerfiae ciuiles ad tribunalia pontificis deduci que-ant; intercessio autem huius contra illas leges nullius est ponderis aut effectus; atqui lites de nobilitate auita cano-nicorum sunt caussae ciuiles, quoniam cognitio de statu personarum est ciuale negotium; eas sane sibi iure optimo maximo vindicant imperii tribunalia, docetque hoc lis Erbmanniorum, quam hi cum praesule et senatu cano-nicorum Monasteriensium in camera et demum in imperii conuentu Ratisbonensi egerunt, ANTONIVS FABER to-mo XI. der Europäischen Staats-Canzeley p. 239 - 345. to-mo XII. p. 703 - 718. tomo XIII. p. 291 - 372. tomo XV. p. 276. et 309. sqq. tomo XVI. p. 525. tomo XXVII. p. 287 -

319. IO. GEORG. CRAMER de *iuribus et praerogatiis nobilitatis auitae* p. 263-268. Ut iam fileam illas sententias, a supremis imperii tribunalibus pronuntiatas, quas hoc de argumento collegit IO. IACOBVS MOSER parte III. des *teutischen Staats-Rechts* p. 435-442.

§. CLI.

Hinc merito conquesti sunt Germani, pontificem de nobilitate auita Hermanni Lotharii ab Auwach et Ioannis Wolfgangi ab Auwach, quorum prior in numerum canonicorum Wormatiensium anno CICICLXXI. relatus fuerat, posterior vero anno CICICLXXV. eidem senatui adscribi cupiebat. Quumque eorum prosapia talis non appareret, qualem statuta Wormatiensia requirunt, senatus canonicorum alterum Auwachium a statione, vulgo choro abstinere, alterum vero ad adipiscendam beneficij possessionem non admitti, iussit. Ait in promptu Auwachiis erat remedium, quo pontificem appellabant, qui vicario Coloniensis antifistitis huius litis decisionem mandabat. Et, quod mireris, vincebant ibi Auwachii caussam. Deinde quum supremum tribunal Romanum, vulgo rota, caussam denuo perquireret et inuestigaret, eamdem iterum sententiam secundum Auwachios fuisse dictam, constat. Dumque Auwachii cum senatu canonicorum iure experiebantur, pontifex hominem nouum, eumque Hibernum, Iacobum de Boville illius collegio adscripsit. Et, quod vix crederes, rota Romana pariter secundum hunc anno CICICLXXXI. sententiam dixit. Accidit vero praeter opinionem, vt, quum senatus canonicorum his sententiis plane irritis obsequi nec vellet nec posset, exsecratione illum deuinciret pontifex, interprete praefecto collegii sacri Malmundariensis, priorem vocant, Remaclo Fabro. ANTONIVS FABER tomo V. der *Europäischen Staats-Cenzelliey* p. 120. sqq. et IOAN. FRIDER. PFEFFINGER volume II. *Vitriarii illustrati* p. 893-896.

§. CLII.

Hinc Sebastiani Antonii Redingii de Biberegg caussa, quia ciuilis erat, et in eo versabatur, vt de probanda nobilitate ageretur, ad forum tribunalium imperii pertinebat. Nam lites, quae de personarum statu mouentur, ad caussas ciuiles omanino pertinent. Quare non video, cur Imperator Leopoldus hanc controuersiam sibi non vindicauerit, sed iudicium metropoliticum Moguntinum iudicem esse legitimum crediderit. Litteras caesaris publicauit 10. CHRISTIANVS LÜNIG parte III. der teutschen Reichs-Cantzelleyp. 1061 - 1067. quarum prima epistola perscripta fuit ad legatum caesaris, in Heluetia commorantem, secunda ad pagos Helueticos, qui sacris pontificiis sunt addicti, tertia, quam hoc transcribere placuit, anno 1061 CLXXXI. exarata est ad Moguntinum antisitem Anshelinum Franciscum, et quarta denique ad senatum canoniconorum Constantiensium.

Wir verhalten Euer Liebden freundlich nicht, wasmassen in der so beschwerlichen Streit-Sache des Dom-Capituls zu Costantz, in punto controuersi Canonicatus, wider Antonium Sebastianum Reding, uns nicht allein dero gründliche Information über den bey ihrem Iudicio Metropolitico geführten Procesß, und ferners wohlmeinende Vorschriften, damit wir uns der Sachen noch weiters nachdrücklich annehmen wolten, unterm 1. Martii, 13. Aprilis, und 1. Augusti nächst abgewichenen Tates, wohl eingelangt, sondern darüber auch zu eben diesem Ende, sowohl ermeldtem Dom-Capitul und viel andern Stifttern und Partheyen, deren eigenes Interesse dabey mit versüret, als auch vom allgemeinen Reichs-Tage zu Regenspurg, viel und wiederholt Instantien geschehen, die uns dann auch billich und leicht vermocht haben, unsere Kayserliche Officia nochmals aller Orten gantz angelegentlich zu wiederholen, massen Euer Liebden aus hiebeykommenden Abschriften mit mehrerm ersehen werden, wobey, gleichwie uns nicht wenig angefrischet hat, als wir gantz neuerlich vernommen,

men, wessen sich Euer Liebden, auf einiges zu Rom beschreibenes Ausbreiten, als hätten sie in der dorithin angemasseten Appellation in editionem actorum priorum bereits eingewilligt, in contrarium so gar durch ein offenes attestatum haben vernehmen lassen; Als halten wir uns um so mehr darbey versichert, daß sie dabey bestehen, und sich noch ferner, auf allen Fall, da solche Acta annoch abgefodert werden solten, also bezeigen werden, damit der Bullae Pii IIII. und denen sennmtlichen hohen Stiftern in Teutschland nichts praeiudicirliches darunter zugezogen, und dero Metropolitische Iurisdiction in ihrem Vigor erhalten werde; Immassen wir zu solchem Ende auch die Schweizerische Eydgnoßschafft, in Antwort auf ihre noch iüngst am 9. Decembris des nächst verwickenen Jahrs an uns wiederholte Interposition, dahin erinnert haben, daß sie den Reding an Euer Liebden, als den ordentlichen Richter, verweisen wolten, mit der Versicherung, daß ihme alldort schleuniges Recht angedeyen werde, wie oberwehnte Abschriften mit mehrem ausweisen; Vnd verbleiben wir anbey Euer Liebden etc. etc. Wien, den 4. Maii 1681.

§. CLIII.

Lites de clientelis neque ecclesiasticas neque fori mixti esse, quilibet, me vel silente, perspicit. Quin immo ipse pontifex vult, vt clerici vasalli sint subiecti domino suo beneficiario in rebus clientelaribus (§. CXXIII.). mirum sane est, quod decanissa, vt vocant, ac quaedam virgines senatus facri Thoruniensis in Westphalia a curia beneficiaria Thorunensi prouocarent ad legatum pontificis Colonensem. In contumeliam hoc acceperunt ordines regni, prout docet consultum trium collegiorum anno ccccccvi. scriptum. ANTONIVS FABER l. c. tomo XI. p. 110. sqq. Monatlicher Staats-Spiegel mense Iulio anno ccccccvi. p. 22. sq.

§. CLIII.

Senatus imperii aulicus de caussa Amersbeckii et Schreiberi anno cccccc viii. decreuit, ne reus ad lega-

76 SECT. III. DE LEGAT. PONT. SUPREM. TRIB.

tum pontificis prouocaret. PAVLVS HENNINGVS GERCKEN in otio Vienna-Ratisbonensi p. 135. Pariter in causa Gras et Werneking idem supremum tribunal sententiam, quam rota pronuntiauerat, anno eodem declarauit irritam, Idem l.c. et 10. IAC. MOSERI *auserlesene Reichs-Hofraths-conclusa* parte II. p. 714.

§. CLV.

Controuersiae, quibus aliqui in honoris contentionem incidunt, sunt mere ciuiles; siccirco caesarem in causis clericorum, quum de praecedendi dignitate sermo est, pro iudice legitimo putem. Quapropter imperator Iosephus vehementer contradixit, quum Clemens XI. pontifex de certamine honoris et dignitatis, quod inter praefectum monachorum, vulgo abbatem Creutzlingensem et rectorem monachorum Petershusanorum verlabatur, sententiam dixisset. Supremum tribunal Romanum id sibi sumserat, ut Petershusanum sua non modo damnaret sententia, sed et statueret, ut impensis CCXXXVIII. aureorum resarciret. In fratri vestigio institutus imperator Carolus VI., qui contra Creutzlingensem ac pontifice in de hac re Petershusanum grauissime ac diligentissime defendit. 10. FRIDER. PFEFFINGER volumine III. *Vitriarii illustrati* p. 444-449. *Leben und Thaten des Pabts Clemens des XI.* parte III. p. 70-78. *electa iuris publici* parte V. p. 56-62. et parte VI. p. 381-388. 630-644. 659-980.

§. CLVI.

Quia caesar est academiarum conditor et defensor, hic etiam de iuribus facultatum cognoscere potest, in primis vbi de causa ciuili dubium oritur. Hinc, quum Coloniae Vbiorum quidam doctores contenderent, sibi decani prouinciam quoque esse deferendam, quantumuis licet iuris canonici praecepta tantum exponerent, nec cum aliis professoribus in senatu ICTorum academie adscripti, nec in numero professorum essent, atque legatus pontificis,

cis, qui Coloniae commorabatur, decretum, ut vocabant, sequestratorium contra professorem Casparum Iosephum Huigen publicauisset, iussissetque praeterea, figilla, annales ordinis iurisconsultorum clavesque tabularii exhiberi, et, ni hoc fecerit, poenam 10. aureorum Rhenanorum persolui; post haec e sacrorum sodalitate exterminaisset legatus Huigenum; imperator Carolus VI. hunc eiusque caussam apud pontificem constantissime tutatus est, prout litterae eius, quae parte VII. *electorum iuris publici* p. 469 - 483. prostant, abunde testantur.

§. CLVII.

Quum anno CICIO CC XXVIII. senatus canonicorum Colonienfium Ioannem Andream de Sierstorff canonicum faceret, Ioannes Henricus Augustinus de Moers autem illam lectionem a regula abesse contenderet, atque ad au lam Romanam prouocaret, magno feroore, studio inflamato maximisque impensis, quae circiter quadragena millia numerorum vncialium conficiebant, lis ibi disceptata fuit. Historiam litigii exposuit 10. JACOBVS MOSER parte IIII. der Reichs-Famae p. 367 - 384. adde partem III. p. 492 - 496. item Leben des Pahſts Benedictus des XIII. lectione VI. §. LXXXVII. p. 226 - 254.

§. CLVIII.

Pariter litigium collegii canonicarum Asbeccensium et Sophiae de Morsey dictae Piccart, quum illud hanc in domum suam gregemque recipere nollet, caussam interponens, quod nobilitatem auitam probare non potuisset, decidit supremum tribunal Viennense anno CICIO CC XXVI. statuitque vicarium praefulvis Monasteriensis esse iudicem huius controuersiae haud legitimum. Auserlesene Reichs-Hofraths-Conclusa parte VI. p. 37. sqq.

§. CLIX.

Illa vero exempla, quae IOANNES CHRISTIANVS

BOCKEN *lectionis Blumianae* p. 545. et p. 317. percensuit;
huc transcribere, non attinet.

§. CLX.

Quae recensui exempla, clarissime docent, pontificem, legatos eius atque praefulum Germanorum vicarios adinuolare saepissime in iura regni, huiusque leges principales perrumpere. Faciam interea, ut tua mentis acie dispicere queas argumenta, quae his praetendunt facinoribus.

§. CLXI.

Sibi quidam pontifices atque non nulli, Romano coetui adscripti, vespere persuaserunt, ad pontificatum Romanum tantam adhaerescere potestatem pro iure suo, ut pontifex et directua, ita loquuntur, et correctua potestate ut erga reges, hosque deiicere a regnis suis, ac eos vita possit priuare. Publice hoc defendit ANTONIVS SANCTARELLVS membrum coetus, qui a seruatore Iesu sibi nomen adscivit, de *haereti, schismate et potestate summi pontificis in his delictis puniendis*, Romae CIC 10 CXXV. et tomo IIII. bibliothecae maximaee pontificiae 10. THOMAE ROBERTI. Placabilorem se quidem praebere voluit ROBERTVS cardinalis BELLARMINVS, *de potestate papae in rebus temporalibus contra Guilielmum Barclaium agens*, qui libellus reperitur ibidem tomo XVIII., existimans, pontifici in principes ius esse diuinitus datum, non quo infinita et omnibus numeris absoluta potestate in eos dominaretur, sed regendi imperii custos quasi, moderator et arbiter esset antistes Romanus.

Verba eius capite V. p. 388. ita habent: „potestatem pontificiam per se et proprie spiritualem esse - - - et ideo directe respicere ut obiectum suum primarium spiritualia negotia; sed indirecte, id est per ordinem ad spiritualia, reductive et per necessariam consequentiam - respicere temporalia, ut obiectum secundarium. Verum hic eadem iteravit perlungata et quotidiana praecepta, quae alii bene multi iam decantauerant, quos IOANNES

NES THOMAS de RO CABERTI in bibliotheca maxima pontificia, in qua auctores melioris notae qui habent pro sancta Romana sede tum theologicum tum canonice scripserunt, fere omnes continentur, Romae CIO IO CL XXXVIII. collegit, aliquis, quorum nomina dedit bibliotheca iuris imperantium quadripartita p. 177. sqq. Etenim infinitam pontifici potestatem in Christianos re ipsa attribui, eique velut parenti vniuersali edicta fidelibus proponere, quae ad salutem eorum aut ad religionem tutandam pertinent, monere ac praecipere et refractarios denique poenis coercere, ius esse tradunt, atque bene merentes praemii maestare. Hinc regio titulo quosdam condecorare, eos vero quos indignos regno iudicauerit, priuare regni insignibus posse pontificem, existimat ROBERTVS cardinalis BELLARMINVS capite VI. XI. p. 390. sqq. Et cuncta, quae iam dixi, ita esse, constanti fama atque complurium fere Romanensem sermone est celebratum.

S V M M A C A P I T A SECTIONIS QVARTAE.

- §. CLXII - CLXVII. versamur in enumeratione argumentorum, quibus ius pontificem appellandi in controversis ciuilibus euincere studuerunt DE LAVREA, AVFRERIVS, PETRICCA SACRIPANTE, alii.
- §. CLXVIII. Non iam dispicieamus de irrito auctoritatis pontificalis fundamento, quoniam satis est, sacri ordinis homines regibus paruisse.
- §. CLXVIII - CLXXIII. Adducimus exempla, quae sunt testimonia et graui et claro et certo.
- §. CLXXV - CLXXVII. Germanis ante oculos ponimus Gallorum studium libertatis in sacris. Dueae horum propositiones principales, quas ad rem
- Germanorum iudicariam applicamus, praesertim quum pontifices olim subiecti fuerunt caesaris imperio.
- §. CLXXXVIII. Conrillus II. imperator contempsit ac pro nibilo putauit litteras pontificis.
- §. CLXXXVIII. Albero antistes Treuirensis epistolam pontificalem concerpsit.
- §. CLXXX. Ante saeculi VIII. aetatem Germanicae ecclesiae non erant sub imperio ac dictione pontificis.
- §. CLXXXI. Distinctio sacrae iurisdictionis a profana. Illius origo. Amplia dictio pontificis. Ingens multitudo ecclesiarum et monasteriorum, quae pontifici parer.

§. CLXXXII.

80 SVMMA CAPITA SECTIONIS QVARTAE.

§. CLXXXII. Testimonium patris purpurati, TUSCHI contra pontificem.

§. CLXXXIII. CLXXXIII. Adhortatur Germanos ad recuperandam libertatem, excitamusque illos, ne legatos pontificis pluris faciant, quam Galli. Legatorum pontificalium iura in Gallia. Benedictus XIII. Germanis stuporem non hominis sea pecudis tribuit, eos aequo bebetes esse existimans, ac percora.

§. CLXXXV. Cur fracti et abieeti animi fuerit obedientia complurium Germanorum, qua pontificis cuncta faciebant imperata. Patrum Ignatianorum effigies et copia et laus.

§. CLXXXVI. In oculis Germanorum constituimus exemplum Caroli V. caesaris.

§. CLXXXVII. CLXXXVIII. Mirabile est, quod Germani, barbari olim, studiosiores fuerint iurium suorum, quam ea aetate, qua subacta habent ingenia. Inconsideratissimae temeritatis plenus est, bacchaturque Benedictus de Benedictis, qui Paullum V. pontificem vicendum vocavit. Numerus Apoc. XIII. 18. latet in nomine Paulli V.

§. CLXXXVIII. Quoniam pontifex clam extimecit Germanorum potentiam, conciliique auctoritatem, res non adeo est difficilis, recuperare libertatem pristinam. PETRICCA Ger-

manos putat pro stupidis et bardis.

§. CLXXX - CLXXXIII. Vera fundamenta, quibus excitative fuerunt provocations, sunt callida Romanorum antisitum inuenta, et fabrica, quam finixerunt ad fallendos Germanos. Praesulum commidis nihil obstat atque officit, si de hac recuperanda libertate sua cogitant, in primis si cum animis suis considerant doctrinam illorum iuris sacri interpretum, qua omnes antisitites suam auctoritatem proxime a Deo, nequam vero a pontifice, accepte contendunt.

§. CLXXXV. CLXXXVI. Servit illud IO. GERSON. Animaduenterunt id alii.

§. CLXXXVII. praeципuum Romanenium fundamentum appellationis suffodimus.

§. CLXXXVIII. CLXXXVIII. CC. Pulcrorum factorum Gallicorum et Venetorum Angliaeque regis imitationem Germanis ante oculos statuimus, eamque his commendamus.

§. CCI. CII. Eodem, quo nos, sensu sunt OTTO Frisingensis et CAIETANVS.

§. CCHI. Susque deque habenda sunt maledicta, quae pontifex conicere consuevit in viros et veritatis et patriae amantes, et qui cum republica faciunt. Studia PINII et MAIMBVRGII laudi ipsis ducuntur.

SECTIO



SECTIO QVARTA VANITAS FALSITASQVE DO- GMATIS PONTIFICII DE APPELLATIO- NIBVS IN CONTROVERSIIS CIVILIBVS AD CVRIAM ROMANAM.

§. CLXII.

Qui pontifex Romanus est creatus, eum vniuersae rei Christianae praeesse atque totius terrarum dominum esse sunt commenti tum Gregorius VII. tum eius successores. Inde effici putant, appellari posse ab antistite ad archiepiscopum etiam in caussis, quae ad iurisdictionem pertinent ciuilem, BRANCATVS cardinalis DE LAVREA in *polyanthea sacrorum canonum* parte II. p. 86. §. XIII. n. 6.

Quoniam ad pontificem pertineret summa potestas et ecclesiastica et ciuilis, idem d. l. parte III. p. 208. n. 50. adeo, ut cuiuslibet iudicis sententiam retractare, immo et ipsorum regum imperatorumque sententias rescindere queat, idem d. l. p. 213. n. 11. 12. in primis, quum pontificis et imperatoris auctoritate totus regatur mundus, idem §. XVIII. p. 226. n. 4. Argumenta sane, quae tanti sunt, quanti fungus putidus est. ABRAHAMVS quoque BZOVIUS de pontifice Romano capite XXXXV. p. 518. apud ROCABERTVM tomo I. nugas garriuit: iudicaria, aiens, potestas in omnes reges et principes a patre Christo in summos pontifices est transfusa, adeoque ille est arbiter orbis. Easdem tricas narravit ALVARVS PELAGIUS de *planctu ecclesiae* capite XIII. p. 29. apud eundem tomo III., existimauitque REGINALDVVS cardinalis POLVS de *summo pontifice* capite XXXVIII. p. 179. ibidem tomo XVIII. apud nullos maiorem pontificalis auctoritatis cultum et obseruantiam valere oportere, quam apud reges. Ecce nugas, quas agunt magni inter Romanenses nominis homines. Sileo curculiunculos, quos STEPHANVS AVFRERIVS fabulatur in libro *de potestate saecularium in personas ecclesiasticas earumque*

82 SECT. IIII. PONTIFEX HVIVSQUE LEGATI CAVSSAS

que res et bona et vice versa de potestate ecclesiæ et priuilegiis eius contra laicos.

§. CLXIII.

Inde colligunt, praesulibus horumque vicariis iuris dicendi in causis etiam ciuilibus esse potestatem. Addunt his, quod iam saeculo III. antistites decidissent lites ciuiles, in primis quum Christiani Romani- rum magistratus, sacris idololatrarum addictos, adire noluerunt, 10. GEORG. PERTSCH in dem Versuch einer Kirchen-Historie des vierten Jahr-hunderts P. I. p. 657. sqq. Adde LVDOVICVM THOMASSINVM de vetere et noua ecclesiæ disciplina circa beneficia et beneficiarios parte II. libro III. capite CIII. p. 878. sqq. capite CVII. p. 890. sqq. capite CX. p. 902. sqq. qui de iurisdictione antistitutum in causis ciuilibus suo more, id est erudite egit. Ex quibus liquere putant, clericos vel inueterata obseruantia iurisdictionem in controuersiis ciuilibus fuisse nactos. Accesserunt huic adulterinae decretales, quibus appellationes ad pontificem fuerunt firmatae, CLAVDIUS FLEVRY discours sur l' histoire ecclesiastique dissertatione III. p. 316-321.

§. CLXIII.

Quin immo ANGELVS PETRICCA, ordinis minorum, homo tenebricosus, qui, vt ego quidem existimo CHRISTIANVM LVPVM haud secus, quam in tenebris errantem, superauit, d. I. disputatione VIII. p. 782-787. de appellationibus ecclesiæ Germanicae egit, inde ab anno reparatae salutis CCCLXXXVIII. prouocationes Germanorum ad pontificem repetit, nixus epistola Anastasii, quae tomo I. conciliorum p. 550. legitur, secundam anno CCCCCXXX., tertiam anno 101XXVII. E quibus aliisque, quae profert, exemplis consequi putat, Germaniam pontifici esse subiectam; eos vero, qui alicui sint subiecti, ad superiorem prouocare posse ac debere. Quis non videt istum PETRICCAM alba et atra non potuisse discernere?

§ CLXV.

§. CLXV.

Verum de eo adhuc inter se dissidere video Romani pontificis asseclas et Gallos quosdam, qui ius prouocandi ad curiam Romanam iuris diuini esse negant, atque ex Sardicensis synodi decreto, tamquam nouo instituto, eiusmodi prouocationes esse profectas arbitrantur. At his tamen contradixit PETRVS DVVALIVS parte III. *disciplinae ecclesiasticae quaestione IIII. et V. p. 508. sq.*

Existimauitque ANTONIVS PAGI tomo I. *criticae historico-chronologicae in annales C. Baronii* ad annum CCCXXXVII. §. VI. p. 467. ius appellationum ad aulam Romanam a synodo Sardensi non fuisse institutum, sed confirmatum, siquidem pontifici tamquam primo antistitum ius appellationes recipiendi esset proprium. Hinc sequi putat ANGELVS PETRICCA c. l. p. 652., appellationes in caussis quoque ciuilibus a cunctis populis fieri posse.

§. CLXVI.

Alia quidem via incedere maluit IOSEPHVS cardinalis SACRIPANTE in libello, qui inscribitur: *defensio iurisdictionis ecclesiasticae circa appellationes ab officiali Leodiensi in caussis profanis inter laicos ad superiores ecclesiasticos* p. 13. „qui, in Christo, inquit, domino et in ecclesia „semper adfuit uterque gladius ac vtraque potestas, spiri- „tualis nimirum habitu et actu, temporalis vero saltem ha- „bitu, ita ut per quamcumque prorogationem reducatur „etiam ad actum.

§. CLXVII.

Impudentissime hic statuitur, supremum sacrorum antistitem dupli gladio, altero sacro, altero profano, a Deo instructum esse. Nemo melius argumentum confutauit, Philippo pulchro, Galliae rege, qui atrox bellum contra Bonifacium VIII., quum talia iactaret hic, in Italia commouit, in quo captus iste Bonifacius, non obstantibus ficticiis duobus gladiis, et opibus Anagniae exutus est. Iste pontifex vir erat, qui arrogantia et audacia rerum ciuilium

84 SECT. IIII. PONTIFEX HVIVSQUE LEGATI CAVSSAS

dominos laceſſendi, nulli superiorum pontificum cefſit,
multos etiam longe ſuperauit.

§. CLXVIII.

Non iam hic iterabo argumenta, tum e ſacra ſcriptura, tum ex patrum, tum e pontificum teſtimoniis, tum ex conciliorum decretis duc̄ta, quae et copioſe et accurate et eleganter percensuit ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS d. l. capite II. III. IIII. et V. Malo potius *καὶ ἀρχεπον* argumentari. Et certo conſtat, quod Francorum tempore eccleſiae earumque rectores atque ministri e iurisdiſtione ciuili imperii Francorum nondum fuerint exempti, ſed per tria ſaecula uſque ad Carolum M. et regum et comitum iurisdiſtioni fuerint ſubiecti.

I. *Traité de l' autorité des rois touchant l' administration de l' eglise par Mr. TALON.* p. 151. ſqq. CHRISTOPHORVS LEHMANNUVS libro II. capite XXI. et XXXXI. *chronicorum Spirenum et IOANNES SCHILTER de libertate eccleſiarum Germaniae* libro II. capite V. p. 152. Inferioribus autem clericis hominibusque, ad eccleſiam aut monaſterium pertinentibus, in ſecunda demum instantia a comite ius dicebātur.

II. Ad pontificem nullam in ciuilibus cauſis, quae inter ciues Germanorum, Gallorum aliorumque regnorum et rerum publicarum diſceptantur, pertinere iurisdiſtionem, praeter GVIELMVM BARCLAIVM de poſteſtate papae et huius filium IOANNEM BARCLAIVM in publicis pro regibus ac principibus et priuatis pro Guilielmo Barclaio parente vindictis contra Bellarminum, aliosque, qui tomo III. monarchiae S. R. I. edente MELCHIORE GOLDASTO HEIMENSFELDIO proſtant, PAVLLVS SARPIVS demonſtravit in libello: *Consolatione della mente, nella tranquillità di conſcienza cauſata dal bon modo di vivere nella città de Venetia nel preteſo interdetto di Paolo V. Suegliata da FRA BAOLO Seruita Consultor di Stato; agli illustriſſimi e ecceſſiſſimi Signori Inquisitori di Stato.* Qui libellus etiam lingua Gallica diuulgatus ita inſcribitur: *les droits des ſouverains defendus contre les excommunicatiōns et les interdits des Papes, ou examen et refutation des droits d' excommuniquer les ſouverains, que les papes ſe font injustement attribués; composé par le FRERE PAVL, Religieux Servite et Conſulteur*

sulteur d' Etat. Argumenta libelli enumerarunt IOANNES CLE-
RICVS parte XIII. *bibliothèque ancienne et moderne* p. 307-383.
IACOBVS AVGUSTVS THVANVS *historiarum sui temporis li-*
bro CXXXVII. p. 1132. sq. et ex hoc IOAN. HENRICVS HEI-
DEGGER in *historia papatus periodo VII. §. CCXX.* p. 322. sqq.
in primis haec diligenter excussa leguntur apud AMELOTVM
DE LA HOVSSAIE *supplement à l' histoire du gouvernement de*
Venise p. 148. sqq. p. 159. sqq.

III. Noli quoque illa negligere, quae e Gregorio magno contra
pontificem in medium protulerunt LVDOVICVS MAIMBURG in
libello, qui inscribitur: *histoire du pontificat de S. Gregoire le*
grand p. 123. sq. et p. 161. et CLAVDIVS FLEVRY *discours sur l'*
histoire ecclésiastique dissertatione VII. p. III.

III. His accedit, quod antistites ius olim dixerint non tamquam
judices sed ut arbitri, IANVS A COSTA l. d. p. 291.

§. CLXVIII.

Ipse profecto Carolus M. anno 10 cc 1 XXXVIII. per
legatos suos Romae in aula pontificali iudicium exercuit,
et quaestionem de coniuratis habuit, eosque, quum, in-
ania et vana afferre omnia, legati iudicassent, in Franciam
victos misit, CAROLVS SIGONIVS *historiarum de regno*
Italiae libro III. p. 176.

§. CLXX.

Præterea anno 10 ccc, accusatores Leonis III. pontifi-
cis, capite damnauit Carolus, rogatu vero eiusdem anti-
stitis Romani eos a poena exemit, atque in exilium egisse
fatis habuit. Leges nouas ad edicta Longobardorum ad-
iunxit et res ecclæsticas nouis formauit institutis.

§. CLXXI.

Ludouicus pius anno 10 ccc xxxv., recepto imperio
ad res constitutas conuersus, conuentum Attiniaci ha-
buit, in quo de rebus præcipue ecclæsticis sanxit. An-
no 10 ccc xxxvi. quum Hilduinus abbas quereretur, quod
Pipinus prædia quaedam S. Germani Parisiensis, in Aqui-
tania sita, surripuisse, ex conuentus auctoritate illum in-

86 SECT. IIII. PONTIFEX HVIVSQUE LEGATI CAVSSAS

crepuit. Conuentu inde Lugdunum translato, item Lugdunensis et Viennensis ecclesiae, quae episcopo vacabant, cognouit, CAROLVS SIGONIVS l. c. p. 208.

§. CLXXII.

Imperator Ludouicus II. anno 10 CCC LXI. de causa Ioannis archiepiscopi Rauennatis, sede, suffraganeorum suorum coitione, deiecti, per Nicolaum quemdam cognouit. Hic Romam conuentum ad eam rem cognoscendam indixit. Ibi quum episcopi quidam una cum pontifice et Ludouici imperatoris legatis in aedibus Leonianis consedissent, Ioannes de detrectato pontificis imperio est accusatus.

§. CLXXIII.

Imperator Otto I. de dissidiis inter pontifices Leonem et Benedictum, episcopis in Lateranum conuocatis, iudicauit. Idem l. c. p. 312.

§. CLXXIV.

Leo III. pontifex anno 10 CCC. de criminibus se purgare iussus, dicta die praesentibus caesaris legatis vmbonem aedis ascendit, ac contingens euangelia sollemni iureurando se innocentem esse pronuntiauit. S A N G A L E N S I S monachus libro I. *de gestis Caroli M.* p. 67. apud HENRICVM CANISIVM tomo II. *lectionis antiquae parte III.* Simili more Paschalis pontifex anno 10 CCC XXIII. se sollemni concepto sacramento purgare debuit. HENRICVS de BÜNAV parte III. *der Reichs-Historie* p. 81.

§. CLXXV.

Inde facile comprehendi potest, cur Galliae regnum veteris illius iuris adhuc fruatur reliquiis, et cur Germani, si vellent, suaequa libertatis studiosiores essent, etiam nunc vti possent hoc praecipuo. Gallorum libertates, ratione pontificis, duobus veluti cardinibus vertuntur: primo, quod potestatem, a Christo ecclesiae concessam, mere spiritua-

ritualem, nec vlo modo directo siue per obliquum ad res huius saeculi trahendam statuunt; secundo, quod plenitudo potestatis, quae penes pontificem, tamquam caput ecclesiae, est, exerceri debeat ex praescripto canonum, ab vniuersa ecclesia receptorum, ipseque pontifex iudicio concilii vniuersalis, in casibus a concilio Constantiensi, sessione IIII. et V. expressis, obnoxius sit. CLAVDIVS FLEVRY l. c. parte III. capite XXV. p. 755. sq.

§. CLXXVI.

Ex duabus hisce propositionibus, fundamento solidi impositis, sequitur, vt nec imperator potestatem suam debeat pontifici, adeoque hic sit supremus Germanorum iudex, neutiquam vero is, qui ecclesiae Latinae est praefectus. Nam caesar non habet superiorem honoris gradu.

§. CLXXVII.

Cur pontifices se imperatoribus subiectos esse et dixerunt et ostenderunt? Sic Constantio Liberius, Mauricio Gregorius, Constanti II. Martinus I. et Vitalianus, Constantino Pogonato Agathus, Iustiniano II. Constantinus, Carolo M. Leo se subiecerunt fidemque suam iureiurando obstrinxerunt, ERNEST. SALOMO CYPRIAN. d. l. capite XI. p. 304 - 324. Cur pontifex confirmatione caesaris egebat? BENEDICTINI *in vita Gregorii* libro I. capite VII. FRANCISCVS PAGI *in breuiario pontificum* tomo II. p. 292. 327. CAESAR BARONIVS d.l. ad annum CIQ XIII. p. 49. Cur Roma paruit imperatoribus Germanicis? Nonne supremo dominio in urbem vni sunt? NATALIS ALEXANDER tomo IIII. *historiae ecclesiasticae* p. 319. ANTONIVS PAGI tomo III. *criticae historico-chronologicae in annales C. Baronii* ad annum IO CCC XXIII. n. I. HENRICVS DE BÜNAV parte II. *der teutschen Kayser und Reichs-Historie* p. 372. sq. Cur monetas imperator olim Romae iure suo cudi iussit? idem PAGI d.l. p. 511. Cur PASCHAVIS RATBERTVS *in vita Walae* libro II. capite II. p. 492 opta-

88 SECT. III. PONTIFEX HVIVSQUE LEGATI CAVSSAS

optauit : „ vt Ludouicus pius saecularibus contentus, eccl^elesiasticorum vero iurium exercitium relinqueret antistitibus sacris ?

§. CLXXVIII.

Cur Conrado II. regnante pontificalia priuilegia in Germania, si caesari ea displicerent, nullius erant valoris, et priuilegium, quod abbas Augiae Romae obtinuerat, igne iussit cremari, prout HERMANUS CONTRACTVS ad annum CIO XXXII. p. 321. editionis Vrftifianaæ memoriae prodidit ? Nihil erat aliud, quod a pontifice impetraverat, quam ius sacris operandi ornatu, episcopis consueto. Sed, quia ignorantे caesare hoc adeptus erat praecipui, totum priuilegium irritum esse voluit imperator.

§. CLXXVIII.

Quam indignē Albero Treuirensis praeful anno CIO C XXXII. eiusmodi appellationem ad pontificem tulerit, ex his patet. Nam quum Ludouicus Isenburgicus in uito illo praepositus Confluentinus esset creatus, atque Romanum transcendisset, pontificique Innocentio II. persuasisset, vt litteras daret, quibus sibi dignitatem stabiliaret. Perfertur rescriptum pontificis ad Alberonem, qui, quum, acceptis de manu canonicorum Confluentinorum litteris, legere eas ingreditur, argumenti iniuria tam grauius exarsit, vt concerptas in frequenti ac illustri confessu, abiiceret, ac praeposterum, vt rebatur, imperium, ira prius, quam verbis increparet. Vide *antiquitates et annales Treuirenses CHRISTOPHORI BROVVERI et IACOBI MASENII* tomo II. libro XIII. §. XXXXIII. p. 43

§. CLXXX.

Notissimum quoque est, ad saeculum vsque VIII. Germanicas ecclesias I. pontifici non fuisse obnoxias, IOAN. SCHILTER d. l. capite VI. p. 157. Cur concilia conuocarunt imperatores iisque praefederunt ? Complura huius rei

rei testimonia concessit IO. FRIDER. PFEFFINGER Volumine III. Vitriarii illustrati.

§. CLXXXI.

Quumque alia sit potestas circa sacra, alia circa profana, sequitur, vt ex hac potestatum distinctione enata fuerit iurisdictionis diuisio. Inde est, vt in Germania sacro ordini nulla in profanis iuris dicundi facultas suppetat.

Pontifex contentus esse potest iurisdictione sacra, siquidem fines eius satis late patent. Nam quum sacris Latinorum praeset Paullus III. numerus dioecesum, quas catholicas dicunt, summam faciebat 288000. et monasteria ad 44000. numerabantur.

§. CLXXXII.

Probe hoc sensit notauitque DOMINICVS cardinalis TUSCHVS d. l. parte VI. conclusione LXV. p. 40. n. 7. sqq. vbi docet eos laicos, qui in ditione pontificis non sunt, iurisdictioni pontificali non parere, multo magis in caesaris, aliorumque regum ciues, quod ad caussas attinet profanas, pontificem omnis expertem esse iurisdictionis. IVSTVS HENNING. BOEHMER in *iure ecclesiastico Protestantium* libro I. titulo XXVIII. §. VI.

§. CLXXXIII.

Quare haec, vti vicarii, ita multo magis extraneis ipsique pontifici deneganda. Nec simile quid legatis eius tribuendum erit, sed hi instar ceterorum regiorum legatorum forent considerandi.

Inde legatus in Germaniam sine caesaris consensu admittendus non esset, quemadmodum in Galliam pontifex legatum a latere non nisi rogatus a rege vel consensu regis ablegat, *traité de l'autorité des rois de France touchant l'administration de l'église par Mr. TALON* p. 77. Adhaec necesse esset, vt, sicut in Gallia moris est, juret legatus pontificalis, iusque iurandum scripto firmet, se omnia ad imperatoris arbitrium et ad seruandam libertatem ecclesiarum Germanicarum collaturum. Praeterea opus esset, vt litterae pontificis a conuentu imperii examinentur, suoque ponderentur momento, et, vbi ita videbitur, magno animo et

90 SECT. IIII. PONTIFEX HVIVSQUE LEGATI CAVSSAS

constantii repudientur. Nec facultas esse deberet legato pontificis, ut sine caesaris consensu expresso quemdam sibi substituat, qui eius munere fungatur, et, Germaniam egressurus, acta et sigilla legationis, itemque numerorum fructus, piis caussis impendendos, vt in Gallia vistatum, relinquat. Quin immo Galliae antistites sine regis concessione pontificem appellare nequeunt. TALON d.l. p.31.

§. CLXXXIII.

Vtitur his, quae dixi, praecipuis rex Galliae. Gloriantur Germani de fortitudine maiorum, nihil magis, quam libertatem in ore habent. Sed ratione pontificis nihil fortitudinis Germanicae, nihil libertatis Teutonicae appetit. Velle inuidenter Germani Gallis suas libertates ecclesiasticas, tunc me spes teneret, fore, vt de iisdem, quibus reuera Galli hodierno die vntunt iuribus, prout testes sunt grauissimi CLAVDIUS FLEVRY d. l. et DE LARRÉY *histoire de France sous le regne de Louis XIII.* tomo V. p. 74. sq. tandem aliquando cogitent.

In quam de Germanis opinionem venerit Benedictus XIII. pontifex, narrat IO. GEORGIVS KEYSLER d. l. parte I. p. 606. er sprach einmahl mit dem Cardinal C. wegen Einführung der bullae unigenitus in die Römisch-Catholische Teutsche Lender, und als ihn der Cardinal davon abzuführen suchte, mit Vorstellung der vielen Schwierigkeiten, die sich bey diesem Werck finden würden, fuhr der Pabst im Eifer heraus: die Teutschen seyn nur dumme Bestien! Er bekam aber zur Antwort: Die Teutschen würden alsdann erst diese Benennung verdienen, wenn sie den Pabst in allen seinen Anschlügen und Reden vor infallibel hielten.

§. CLXXXV.

Quae magnum attulerat momentum ad dominatum pontificis, cum incredibili principum detimento coniunctum, barbaries et osfusa bonis artibus caligo, euanuit. Qui densa ignorantiae caligine obcaecati erant Germani, nunc bonis artibus sapientiaeque praecepsis exculti sunt, et tum huius tum superioris saeculi polita satis et elegans doctrina non fert deterrium scholasticae nugacitatis genus.

Quare

Quare principes ignorantiae tenebras contra voluntatem sibi offundi, hodierno die non patiuntur, neque verae politices scientia in aulis principum inculta est.

I. Ipsi principes, qui vel sacra pontifícia profitentur, vel Romanæ religionis tenacissimi sunt, probe norunt nugas tricasque assclarum pontificis, qui se huius mancipio et nexu profitentur. Didicerunt reges, in eiusmodi homines quadrare illud MARI-

TIALIS :

Turba grauis paci, placidaeque inimica quieti.

Quae semper miseras sollicitauit opes.

II. Numerus sodalium ordinis Iesu anno c^{irca} 10 c^{irca} LXXVIII. summam faciebat 17655. Anno c^{irca} 10 cc XVII. ad 19879. eorum numerabantur. 10. GEORGIVS KEYSLER I. d. parte I. p. 658.

§. CLXXXVI.

Nec alienum ab institutis meis mihi videtur, si heic commemoro, quae de imperatore Carolo V. narrat IACOBVS AVGVSTVS THVANVS *historiarum sui temporis* libro I. p. 11. ad annum c^{irca} 10 XXIII. „caesar, ut iniuriam sibi a Clemente VII. illatam vlcisceretur, nominis „pontificii auctoritatem per omnem Hispaniam abolet, „exemplo ab Hispanis posteritati relicto, posse ecclesiasticiam disciplinam *citra nominis pontificii* auctoritatem ad „tempus conseruari. Haec magnus ille THVANVS.

Vellem in mentem venisset huius BENEDICTO DE BENEDICTIS, qui in libro, quem anno c^{irca} 10 c^{irca} VIII. Bononiae vulgavit, Paullum V. pontificem compellat *vicedeum et pontificiae omnipotentiae conseruatorum acerrimum*. Ως ἐν παρόδῳ notes numerum, quem commemorat apocalypsis capite XIII. vbi commata 18. haec leguntur : „qui habet ingenium computet bestiae numerum : numerus enim hominis est, et que eius numerus sexcenta sexaginta sex, latere in verbis : PaVLo V. VICeDeo. 10. GEORGIVS KEYSLER d. I. parte I. p. 629.

§. CLXXXVII.

Mira profecto rerum conuersio, quod ea aetate, qua barbari erant Germani lingua, et natione, natura et mori-

92 SECT. IIII. PONTIFEX HVIVSQUE LEGATI CAVSSAS

bus, maiori iure vñ sint reges, quam nunc, vbi res publica bene est exulta. Carolo M. imperante, rerum sacrarum numero omnes illae adhuc eximabantur res, quae ius imperii et ciuilis societatis quietem et statum quodammodo attingebant, quales verbi caussa matrimonia, conciliorum conuocatio, delicta sacri ordinis hominum et eius generis alia erant.

§. CLXXXVIII.

Antistites etiam ipsi plerisque in locis strenue adhuc pro libertate et dignitate sua contra Romanum pontificem pugnabant. Ipsiis urbis Romae dominus erat imperator, princeps vero ciuium pontifex. IOAN. LAURENTIVS MOSHEMIVS l. c. p. 526.

§. CLXXXVIIII.

Ipsis hoc Germanis addere posset stimulum eorumque firmare animum, praesertim si perpenderint, quam anxius animi fuerit pontifex et vehementer sollicitus, antequam difficultates, quae ipsius nocerent auctoritati, superasset concilium Tridentinum, atque de medio sustulisset. Nec facile se adduci pontifex patietur, vt ullum posthac concilium cogat, et in eiusmodi conciliorum discrimen auctoritatem suam et maiestatem temere committat.

Neque existimauerim in Germanorum laude id fore ponendum, qua ipso extulit ANGELVS PETRICCA l. c. p. 783. quod ab omni tempore, quo pontificia sacra ibi viguerunt, Romanae Petri cathedrae obsequentiissimi existiterint. Monuerat vero antea p. 782. Germanos mores habere simplices, nec amicitiam eorum fucosam esse nec consuetudinem fallacem.

§. CLXXXX.

Qui autem historiae sacrae vel leuiter periti sunt, sciunt, pontifices saeculi VIII. et insequentium, omnia iura diuina et humana conculcare haud esse veritos, atque nihil diligentius curauisse, quam vt male partam potestatem suam omni ex parte munirent, supremumque totius orbis Chri-

Christiani imperium sibi arrogarent. Et hoc impium et legato Iesu Christo indignum consilium miser et perturbatior vtriusque orbis status multis modis adiuvuit. Interea imperatores, reges et principes nouam hanc seruitutem detestatos esse, docet IO. LAVR. MOSHEMIUS d.l. p. 559.

§. CLXXXI.

Quid est, quae sumus te, lector, quod reges de constabiliendis imperiis suis vnicē solliciti sint? ut praefulem Romanum beneficiis et honoribus sibi conciliandum statuant? quia populus ex episcoporum nutu, episcopi ex eius, qui rem sacram Romanorum gubernat, voluntate pendent. Saeculo quidem V. per imperatorum desidiam et exhaustas vires in occidente Leo Magnus pro cathedrae suae auctoritate fortiter ac feliciter propugnare coepit.

§. CLXXXII.

Nihilo tamen secius saeculo VI. irritam putabant sine confessione regis Italiae aut imperatorum factam lectionem pontificis. Idemque leges de rebus sacris ferebant, sacri ordinis homines in ius vocabant, concilia cogebant. IACOBVS BASNAGE *histoire de l'eglise* tomo I. p. 381. sq. Pontifices maiestatem eorum demisse venerabantur, nec adhuc omnem adeo pudorem ex animis eiecerant, ut rerum humanarum dominos sibi esse subiectos, existimarent. Vide quae ex Gregorio M. collegit IOANNES LAVNOYVS *de regia in matrimonium potestate* tomo I. operum parte II. p. 691. sq.

§. CLXXXIII.

Quis itaque temerarias illas ad tribunal Romanum prouocationes vlo modo probare poterit, praesertim si ponderabit, quod iam CLAVDIVS FLEVRY (§. LXIII.) aliique Romani coetus asseclas ingenue fassi sunt, eas evafritie figmentisque potissimum emanauisse et effloruisse. Enimvero antiqua documenta, epistolas, foedera, concilia, et eius generis alia, per nefarios quosdam homines saeculo

VIII. pontifices confingenda curauerunt, ex quibus commode Romanae cathedrae veterem maiestatem et immensam potentiam contra importunos eius hostes demonstrarent.

Inter haec commenta veterum pontificum decretales, ut vocantur, epistolae primo sere loco sunt, quas obscurus quidam nebulosus, qui pro Ildoro Hispanensi putari voluit, ab aula Romana sine controuersia impulsus, ex ingenio suo conscripsit, quod ipsi pontificis assertores, quotquot sani sunt, negare audent, 10.
F R A N C I S C U S E V D D E V S *Isagoges ad theologiam* tomo II. p. 762. Quin etiam ipsos hodie Romanos pontifices earum pudet epistolaram, **P E T R U S C O V S T A N T I V S** *in prolegomenis ad epistolas pontificum* p. cxxx. sq. Nemo non videt huiusmodi epistolas, quas vulgo decretales vocant, quaeque vetustis tribuuntur pontificibus, saeculis eruditis, edi pro genuinis et authenticis nullo modo potuisse. Iis tamen imperitis hominibus persuasum est, iam inde ab initio Christianae religionis ius fuisse episcopis Romanis, leges vniuerso orbi Christiano ferendi.

§. CLXXXIII.

Ex quo factum est, ut istis fallaciis, quum ea aetas superstitione et ignorantia regeretur, appellationum ius sibi acquisiuerint pontifices. Nec desunt illius aetatis viri graves, qui mature tendiculas regibus struetas senserunt, 10.
L A V R E N T I V S M O S H E M I V S l. c. p. 561. Nec existisse praefules, praesertim Transalpinos, eosque non paucos compertum est, qui immensam pontificis potentiam, tacite licet et dissimulanter, iniquo tamen ferant animo. Atque id in Tridentino in primis concilio apparuit.

Ipsorum etiam praesulum tanti non interest, eos in fide ac protestate pontificis manere. Nam etiamsi ab huius imperio se subtraxerint, non est tamen periculum, ut in ditionem ciuilium magistratum plane sint venturi. Atque id si eveniret, salutem suam ac dignitatem sine eius, cui subiecti imperio essent, ope et praesidio tutari se nullo modo posse, sine causa metuant. Quamvis itaque Germanici episcopi, se minima malorum elegisse putent, inde tamen calamitatum fementis ad iura ipsorum debilitanda itemque ad regum et principum potestate diminuendam est facta, **P E T R U S C O V S T A N T I V S** l. c. p. cxxvii. sq. **I O A N N E S L A V N O Y V S** d. l. p. 794.

Interim

Interim si quis praesulum animo secum voluat, complures esse, illosque magni nominis viros, qui auctoritatem potestatemque episcoporum ex solius Dei gratia fuisse proxime enatam, nequaquam vero praesules illam debere pontifici, testificati sunt, (quos nominatum appellauerunt FRANCISCVS SCHMIER l. d. libro I. tractatu V. capite IIII. §. III. p. 485. n. 14. et 10. FRANC. BESEL in dissertationibus ad ius publicum Romano-ecclesiasticum p. 291. n. 2. adde ADAMI JOSEPHI GRENECK. examen iuris canonici libro I. titulo XXXIII. p. 158. LVDOVICVM ENGEL. d. I. titulo XXXIII. §. V. p. 225. n. 34.) res erit decisu facilis, quod pro-
uocationis ad pontificem fundamentum omnino corruat.

§. CLXXXXV.

Ex quibus demum efficitur, Romanum antistitem tam
alem olim non fuisse, qualis est hodie. Testem habeo mag-
num illum academiae Parisiensis cancellarium, Ioannem
Charlerium de Gerson, anno circ 1440 xxviii. fato fun-
ctum, quem in sanandis pontificatus Romani morbis affi-
dum fuisse, accepiimus.

„Is vero annatas illas, inquit, furta et latrocinia Romanae cu-
„rtiae esse in decrementum omnium bonorum spiritualium eccle-
„siae: quae solebat esse curia spiritualis, iam FACTA est mun-
„dialis, et peior in moribus et factis ciuilibus, quam alia curia
„saecularis.

§. CLXXXXVI.

Et constat eos, qui mentis sunt sanae, et haud adeo pau-
cos, qui ipsius Romiae aut in Italia viuunt, non credere,
pontificem esse orbis terrarum dominum, tantumque ce-
teros reipublicae sacrae et ciuilis gubernatores auctoritatis
et potestatis habere, quantum ille habere eos, patitur. Quis
sibi persuadebit aeternam esse hanc regulam, qua putant,
antistiti, qui rebus Latinorum praeest, non modo facult-
tem esse sacra munera et beneficia conferendi, verum etiam
reges et principes imperiis exuendi?

§. CLXXXXVII.

Si itaque ex mente aseclarum pontificalium verum
est, pontificem antiquis temporibus iam fuisse vicarium
Christi, atqui saeculum VIII. est proprius institutis aposto-
lorum;

lorum; inde consequitur, ut eo tempore pontifex instituta Christi coluerit et secundum haec vixerit. Deinde ex his cogitur, pontifices saeculi VIII. fuisse aut veros vicarios, aut tales non exstissem. Si prius affirmaueris, aequum est, ut imperatori restituant, quae ea actate fuerunt iura imperatoria. Sin posterius statuere atque temporum iniuriam praetexere malles, necesse est, ut imperfectum et non omni ex parte absolutum Christi vicarium animo concipias; qualis omnino ille foret, qui talis esse posset, qualis esset re ipsa, siue, ut philosophi loquuntur, potentia quidem, sed actu non esset talis; id quod auctoritati eiusmodi vicarii omnino refragaretur. Sin denique concedere velles, saeculo VIII. pontificis auctoritati defuisse nihil; habebis ex tua opinione, perfectum et verum Christi vicarium, eritque talis, tametsi caesar et imperium laborant, ut status priorum temporum amissaque iura postliminio redeant.

Qui HENRICI DE BUNAV *historiam imperii Germanici* parte III. p. 78. aliisque ponderat monumenta fide digna, ille animaduertet pontificem paruisse Carolingis, et assessorem fuisse iudicii, a caesare Romae exerciti.

§. CLXXXVIII.

Eodem profecto iure parique successu, quo Galli, adhuc de libertate suarum ecclesiarum laborarunt, id agere possent Germani, si vellent, et libertatem ecclesiarum studiofissime diligentissimeque curare, non tam arduum foret negotium. Venit mihi in mentem illius, quod Galliae orator Coeuvre anno ccccccxxi. quum Ludouicus XIII. Guisium, patrem purpuratum, in custodias dedisset, atque pontifex, ut rex de admisis doleret (poenitentiam ad cautelas vocant) vellet, respondit: le Roi mon maître ne se soumettra jamais au jugement d'un pareil tribunal. Sa Majesté ne prend point l'Empereur (Mathias) pour son modèle. *Histoire de Louis XIII.* par MICHEL LE VASSOR partie III. p. 55.

§. CLXXXVIII.

§. CLXXXVIII.

Admirandum sane est reipublicae Venetae studium libertatis contra pontificem, si iura ipsorum sacra hic inuidit. Docetque hoc *l' histoire du gouvernement de Venise par le Sieur AMELOT DE LA HOVSSAIE*, vbi p. 146. haec leguntur : *n' y aint point de prince en Italie qui soutienne mieux sa dignité, que la Seigneurie de Venise, comme il n'y a quelle aussi en Europe qui a exclus les ecclésiastiques de la participation du gouvernement civil.* Ideo nullam ad pontificis legatos appellationem ferunt Veneti, idem l.c.p. 396.

§. CC.

Ibidem peruelim, Germanos memores esse eorum, quae Iacobus I. Angliae rex contra pontificis molitiones ad totius Europae sumimos scriperat imperantes. Proferam illa filio MICHAELIS LE VASSOR d.l. parte I. p. 88. Revezlez vous, il en est temps. Il s'agit de l'intérêt commun de tous les souverains. Un ennemi redoutable et opiniatre sappe insensiblement tous les fondemens de votre autorité. Si vous n'agissez pas de concert pour arrêter les nouveaux progrès qu'il fait tous les jours, vos droits les plus incontestables seront bientot usurpez. Celui qui m'attaqué aujourd' hui, se declarera demain contre vous.

§. CCI.

Ceterum optarem ego, vt mentibus illorum, qui vicariorum siue, vt audiunt, officialium iurisdictionem, in caussis ciuilibus, et appellationes ad aulam Romanam etiam atque etiam commandant, memoria eius rei sit infixa, de qua iam suo tempore conquestus est OTTO Frisingensis libro VII. *chronicorum, in prologo :* „regni quippe viribus „ac beneficentia regum exaltatam et dilatatam nemo am- „bigit ecclesiam - - - videntur tamē SACERDOTES „CVLPANDI per omnia, qui regnum SVO GLADIO, quem „ex REGVM habent GRATIA, ferire conantur; nisi for- „te Dauid imitarī cogitent, qui Philistacum primum virtute „Dei prostrauit, postmodum PROPRIO GLADIO iugulauit.

N

§. CCII.

§. CCII.

Interim labor est inanis ABRAHAMI BZOVI^I qui de pontifice Romano capite XVII. p. 138. sqq. prouocationem ad pontificem in numero fidei caussarum posuit, quia ut capite XXII. p. 243. sqq. garriuit, pontifex esset iudex de controuersiis, de fide ortis. Rectius CAIETANVS apud AMELOTVM d. l. p. 159. „Clare patet, ait, quod Christiani non sint papae subditi absolute quoad omnia, sed limitate quoad spiritualia.

§. CCIII.

Tametsi pontifex LVDOVICVM MAIMBVRGIVM e sodalitate patrum Lojolitarum extrudi iussit, quod libellum conscriperat: *traité historique de l' etablissement et des prerogatives de l' eglise de Rome*, itemque in LVDOVICVM ELLIES DV PIN pontifex fuit contumeliosus, et eum his increpuit verbis, esse illum *nequioris doctrinae hominem*, et *temeratae pluries apostolicae sedis dignitatis reum*, quoniam *dissertationes de antiqua ecclesiae disciplina* foras edidisset; attamen veritatis laudem tribuant hic diuinis viri et candore et prudentia et ratione praediti.

Quam proinde principio rerum Germani, inque primis eorum reges supremum libertatis etiam in sacris, posteaque in hac felicitatis fastigium occupauerint; mirum. ac, nisi res ipsa id loqueretur, vix credibile videatur ipsorum postea res eo usque exulceratas ac prolapsas fuisse, vt durum atque humile adeo seruitutis pontificiae iugum subierint. Tantoque igitur maius et illustrius prouidentiae ac benignitatis diuinae est munus, quod, emendata nunc et purgata religione, meliorem simul nitidoremque faciem tuin res iudicaria Teutonum, tum libertas ecclesiastum Germanicarum induerint.

G V N T H E R V S
libro VI. Ligurini versu 607. sq. p. 614.
apud IVSTVM REVBERVM:

Debita pontifici saueat reverentia: regnum
Legibus antiquis et prisco more regatur.

